ba.Gn.Aurelio conſulibus bellū cum rege Philippo initum eſt paucis menſibus poſt pacē carthaginē ſibus datam.Oīum primum eā rem idibus martiis:quo die tū conſulatus inibaſ.P.Sulpicius cōſul ret tulit:ſenatuſq; decreuit: ut ii conſules maioribus hoſtiis rē diuinam facerēt:qbus diis ipſis uideretur: cum pcatione ea:q̄ ſenatus populuſq; ro.de.rep.deq; ineundo nouo bello in aīo haberet: ea res uti po/ pulo ro.ſociiſq; ac nomini latino bene ac fœliciter eueniret ſecundū rem diuinam pcationēq; ut de re/ publica deq; puinciis ſenatū conſulerent.Per eos dies opportune irritandis ad bellū aīs:& litteræ a.M. Aurelio legato:&.M.Valerio Leuino proptore allatæ:& athenienſiū noua legatio uenit: q̄ regē appro/ pinquare finibus ſuis nunciaret:breuiq; non agros mō:ſed urbem etiā in ditionem eius futuram: niſi quid in romanis auxilii foret.Cum pronunciaſſent conſules rem diuinam rite perfectam eſſe: & præ/ cationi annuiſſe deos aruſpicē reſpōdere:lætaq; exta fuiſſe:& prolationem finium uictoriamq; & triū phum portendi:tū litteræ Valerii Aureliiq; lectæ:& legati athenienſiū auditi:ſenatus inde conſultum factum eſt:ut ſociis gratiæ agerentur:quod diu ſollicitati ne obſidiodis quidem metu fide deceſſiſſent. De auxilio mittendo tum reſpondere placere:cum conſules prouincias ſortiti eſſent:atq; is conſul:cui Macedonia prouīcia eueniſſet ad populum tuliſſet:ut Philippo regi macedonium indiceretur bellum P.Sulpicio prouincia Macedonia ſorte euenit:is rogationem promulgauit:uellent:iuberēt Philippo re/ gi macedonibuſq;:qui ſub regno eius eſſent:ob iniurias armaq; illata ſociis po.ro.bellum indici.Alte/ ri conſuli Aurelio Italia prouincia obtigit.Prætores exinde ſortiti ſunt.Gn.Sergius Plancus urbanam. Qu.Fuluius Gilo Siciliā.Qu.Minutius Ruffus Brutios.L.Furius purpurio Galliam.Rogatio de bel/ lo macedonico primis comitiis ab oībus ferme centuriis antiquata eſt:id cū feſſi diuturnitate & graui tate belli ſua ſpōte hoīes tedio periculoꝝ laboruq; fecerant:tū.Qu.Bebius tribunus plebis uiam anti/ quā criminandi patres ingreſſus incuſauerat bella ex bellis ſeri:ne pace unq̄ frui plebs poſſet: ægre eam rem paſſi patres laceratuſq; probris in ſenatu tribunus plebis & conſulē pro ſe quiſq; hortari: ut deite/ gro comitia rogationi ferendæ ediceret:caſtigaretq; ſegnitiā populi:atq; doceret quanto dāno dedeco/ riq; dilatio ea belli futura eēt.Cōſul ī cāpo Martio comitiis habitis: priuſq̄ cēturias in ſuffragium mit/ teret:cōcione aduocata ignorare:inqt:uidemini mihi quirites non utrum bellum an pace habeatis uos conſuli:neq;.n.libeꝝ id uobis permittet Philippus:qui terra mariq; ingens bellū molitur: ſed utrū in Macedoniā legiones trāſportetis:an hoſtem in Italiā accipiatis:hoc quantū interſit:ſi unq̄ ante alias:pu/ nico certe pximo bello experti eſtis. Quis.n.dubitat:quin:ſi ſaguntinis obſeſſis fideq; noſtram īplorā tibus impigre tuliſſemus opē:ſicut patres noſtri mamertinis tulerāt totum in Hiſpaniā auerſuri bellū fuerimus:quod cūctādo cū ſumma clade noſtra ī Italiā accepimus.Ne illud quidē dubium ē quin hūc ipſum philippū pactū iā p legatos litteraſq; cū Annibale ī Italiā traiicere miſſo cū claſſe Leuino q ultro ei bellum inferret:in Macedonia cōtinuerimus & qd' tunc fecimus cum hoſtem Annibalē:in Italia ha beremus:id nūc pulſo Italia Annibale:pulſis carthaginenſibus:cūctamur facere: Patiamur expugnan/ dis Athenis:ſicut Sagunto expugnādo Annibalem paſſi ſumus:ſegnitiā noſtram experiri regem: non qnto inde mēſe queādmodum ab Sagunto Annibal:ſed qnto īde die:quā ab Corintho ſoluerit naues in Italiā ueniet.Ne æquaueritis Annibali Philippū:ne carthaginēſibus macedonas:Pyrrho certe æqua bitis:dico q̄tum uel uir uiro:uel gens gēti pſtat.Minima acceſſio ſemp Epirus regno Macedoniæ fuit: & hodie eſt.Poloponneſum totam in ditionem Philippus habet: Agroſq; ipſos nō uetere fama magis quā morte Pyrrhi nobilitatos.Noſtra nūc compara q̄to magis florentem Italiam:quāto magis īegras res:ſaluis ducibus ſaluis tot exercitibus:quos punicū poſtea bellum:abſumpſit:aggreſſus Pyrrhus ta/ men cōcuſſit:& uictor ppe ad ipſam urbem Romā uenit:nec tarentini modo oraq; illa Italiæ:quā ma iorem græciam uocāt:ut linguam ut nomē ſecutos crederes:ſed lucanus & brutius:& ſamnis ab nobis defecerunt:hæc uos ſi Philippus in Italiam trāſmiſerit:qetura aut manſura in fide creditis: manſerunt enim punico poſtea bello:nunq̄ iſti populi:niſi cum deerit:ad quē deſciſcant:ab nobis non deficient. Si piguiſſet uos in Africā traiicere:hodie in Italia Annibalem & carthaginēſes hoſtes haberetis. Macedo/ nia potius quā Italia bellum habeat:hoſtium urbes agriq; ferro atq; igni uaſtent:experti iam ſumus ſo ris nobis:quā domi feliciora ptcētioraq; arma eſſe.Ite in ſuffragium bene iuuātibus diis:& quæ patres cēſuerunt:uos iubete.Huius uobis ſentētiæ nō cōſul modo auctor eſt:ſed iam dii īmortales: q mihi ſa crificāti pcantiq; ut hoc bellum mihi ſenatui uobiſq; ſociis ac nomini latino claſſibus exercitibuſq; no/ ſtris bene ac feliciter eueniret:læta oīa pſperaq; portendere. Ab hac oratione ī ſuffragium miſſi:uti ro garat:bellum iuſſerunt.Supplicatio inde a cōſulibus in triduum ex ſenatuſconſulto indicta eſt: obſecra tiq; circa oīa puluinaria dii quod bellum cum Philippo iuſſiſſet populus: id bene ac feliciter eueniret: cōſultiq; fœciales a publio Sulpicio bellū qd' īdiceret regi Philippo:utrum ipſi utiq; annunciari iube/ rent:an ſatis eſſet in finibus regni:quod proximum præſidium eſſet:eo nunciari. Fœciales decreuerūt utrum eorum feciſſet:recte facturum.Conſuli a patribus permiſſum:ut quem uideretur ex iis:q extra ſenatum eſſent:legatum mitteret ad bellum regi īdicendum.Tum de exercitibus conſulum ptorūq; actum:conſules binas legiones ſcribere iuſſi:ueteres dimittere exercitus:Sulpicio:cui nouū ac magni nominis bellum decretū erat:pmiſſum ut de exercitu:quem pconſul Scipio ex Africa deportaſſet: uo luntarios:quos poſſet:duceret:inuitum nequem militem ueterē ducēdi ius eſſet.Prætoribus.L.Furio Purpurioni:& Quinto Minutio Ruffo qnamillia ſocium latini noīs cōſul daret:qbus pſidiis alter gal/ liam:alter brutios puinciā obtineret.Q.Fuluius gillo ipſe iuſſus ex eo exercitu:quē.P.Elius conſul ha/ buiſſet:ut qſq; minime multa ſtipēdia haberet legere:donec & ipſe qnquemillia ſociū ac noīs latini eſ/

Bellū mace/donicū punico ſubie/ctum

P.Sulpicii cōſulis cōcio ad po/pulum

Dele/ctus ha bendi ratio

feciſſet:id præſidio Siciliæ ꝓuinciæ eſſet. Marco Aurelio. Falconi:qui prætor priore anno Campaniam prouinciá habuerat:prorogatum ĩ annũ imperium eſt:uti proprætor in Sardiniam traiiceret:qdq; de exercitu qui ibi eſſet quinquemillia ſocium noĩs latini:qui eoꝝ minime multa ſtipendia haberet:legeret. Et conſules duas urbanas legiones ſcribere iuſſi:quæ:ſi quo res poſceret: multis in Italia conctatis gentibus punici belli ſocietate iraq;:inde tumentibus mitterent ſex legionibus romanis eo anno uſura reſp. erat. In ipſo apparatu belli legati ab rege ptolæmeo uenerunt:qui nunciarunt athenienſes aduerſus Philippum petiſſe ab rege auxiliũ:cæterum & ſi cõmunes ſocii ſint:tamẽ niſi ex auctoritate populi ro. claſſem:neq; exercitum defendendi aut oppugnandi cuiuſq; cauſa regem in Grætiá miſſuꝝ eſſe:uel quietuꝝ eum in regno ſi po. ro. ſocios defendere liceat uel romanos quieſcere:ſi malint paſſuꝝ:atq; ipſum auxilia:quibus facile aduerſus Philippum tueri Athenas poſſent: miſſuꝝ. Gratiæ regi ab ſenatu acte reſponſumq;:tutari ſocios populo ro. in aĩo eſſe:ſi qua re ad id bellum opus ſit:indicaturos regi:regniq; eius opes ſcire ſubſidia firma ac fidelia ſuæ reip. eſſe:munera deinde legatis in ſingulos quinamillia. l. æris ex ſenatuſconſulto miſſa:cum delectũ cõſules haberent:pararentq; quæ ad bellũ:opus eẽnt ciuitas religioſa in principiis maxime nouoꝝ belloꝝ:ſupplicationibus habitis iam: & obſecratione circa oĩa puluinaria facta:nequid prætermitteret:quod aliquãdo factũ eſſet:ludos Ioui donũq; mouere cõſulẽ cui prouincia Macedonia eueniſſet: iuſſit. Moram uoto publico Licinius pontifex maximus attulit:qui negauit ex incerta pecunia uouere debere:ſi ea pecunia nõ poſſet in bellũ uſui eſſe: reponi ſtatim debere:nec cum alia pecũia miſceri:quod niſi factũ eſſet uotũ rite ſolui nõ poſſe. Quãq; & res: & auctor mouebat:tamẽ ad collegiũ pontificũ referre conſul iuſſus: ſi poſſet recte uotũ incertæ pecuniæ ſuſcipi poſſe:rectiuſq; eſſe põtifices decreuerũt. Vouit in eadẽ uerba conſul præeunte maximo pontifice:qbus antea quinquẽnalia uota ſuſcipi ſolita erant:præterq̃ qđ tanta pecunia: quantá tum cũ ſolueret: ſenatus cenſuiſſet ludos:donaq; factuꝝ uouerit:totiens ante ludi magni de certa pecunia uoti erant:ii primi de incerta. Oĩum aĩs in bellũ Macedonicũ uerſis:repente nihil minus eo tpe timentibus gallici tumultus fama exorta eſt. Inſubres: cenomani:& Boii excitis ſelinibus iluatibuſque & cæteris liguſtinis populis. Hamilcare pœno duce:qui in iis:locis de Aſdrubalis exercitu ſubſtiterat Placentiá inuaſerant & direpta urbe ac per iram magna ex parte ĩcenſa uix duobuſmillibus hoĩm inter ĩcendia ruinaſq; relictis:traiecto pado ad Cremoná diripiendam pergũt: uicinæ urbis audita clades ſpatiũ colonis dedit ad claudẽdas portas præſidiaq; p muros diſponẽda:ut obſiderẽtur tamẽ prius quá expugnarent:nũcioſq; mitterent ad po. ro. L. Furius Purpurio:qui tum prouinciæ præerat cætero ex ſenatuſconſulto exercitu dimiſſo:præter quinquemillia ſociũ ac latini noĩs:cũ iis copiis in ꝓxima regione ꝓuinciæ circa Ariminum ſubſtiterat:is tũ ſenatui ſcripſit:quo ĩ tumultu ꝓuincia eſſet:duaꝝ coloniaꝝ:quæ ĩgentem illam tempeſtatem pũici belli ſubterfugiſſent alteram captá ac direptam ab hoſtibus: alterá oppugnari:nec ĩ exercitu ſuo ſatis præſidii colonis laborãtibus fore niſi quĩquemillia ſociorũ. xl. millibus hoſtium (tot eni ĩ armis eſſet) trucidanda obiicere uelit:& tãta ſua clade iam inflatos excidio coloniæ romanæ augeri hoſtium animos. His litteris recitatis decreuerunt:ut. Gn. Aurelius conſul exercitum:cui in Ethruria ad conueniendum diem edixerat:Arimini eadem die adeſſe iuberet:& aut ipſe:ſi per commodum reipublicæ poſſet:ad opprimendum gallicum tumultum proficiſceret:aut. Qu. Minutio prætori ſcriberet:ut cum ad eum legiones ex Ethruria ueniſſent:miſſis inuicem earum quinquemillibus ſociorũ qinterim Ethruriæ præſidio eſſent proficiſceretur ipſe ad coloniam liberandam obſidione. Legatos itẽ mittendos in Africam cenſuerunt:eoſdem Carthaginem:ut nunciarent ciuem eorum Amilcarem relictum in Gallia:haud ſatis ſcire ex Aſdrubalis prius:an ex Magonis poſtea exercitu bellum contra fœdus facere:exercitus gallorum ligurumq; exciuiſſe ad arma contra Po. Ro. eum:ſi pax placeret:reuocãdum illis & dedendum Po. Ro. eſſe:ſimul nunciare iuſſi perfugas ſibi non omnes redditos eſſe: ac magnam partem eorum palam Carthagini obuerſari dici:quos compræhendi conquiriq; debere:ut ſibi ex fœdere reſtituantur. Hæc ad carthaginenſes mandata. Maſiniſſæ gratulari iuſſi:quod non patrium modo recuperaſſet regnum:ſed parte florentiſſima Syphacis finium adiecta etiam auxiſſet. Nunciare poſtea iuſſi bellum cum rege Philippo ſuſceptum:quod carthaginenſes auxiliis iuuiſſet. iniuriaſq; ĩferendo ſociis Po. Ro. flagrante bello Italia:coegiſſet claſſes exercituſq; in Græciam mitti: & diſtinendo copias cauſa in primis fuiſſet ſerius in Africam traiiciendi peterentq;:ut ad id bellum mitteret auxilia numidarum eqtum:dona ampla data:q̃ ferrent regi:uaſa aurea argenteaq;:togaq; purpurea: & palmata tunica cum eburneo ſcipione:& toga prætexta cum curuli ſella:iuſſiq; polliceri:ſiqd ei ad firmandũ augendumq; regnum opus eſſe iudicaſſet:enixe id populum romanum merito eius præſtaturũ. Verminæ quoq; Syphacis filii legati per eos dies ſenatum adierunt excuſantes errorem adoleſcentiamq;: & culpam omnem in fraudem carthaginenſium auertentes:& Maſiniſſam romanis ex hoſte amicum factum:uerminam quoq; annixurum ne officiis in populum romanũ:aut a Maſiniſſa:aut ab ullo alio uincatur:petere:ut rex ſociuſq; & amicus ab ſenatu appellaretur. Reſponſum legatis eſt & patrem eius Syphacem ſine cauſa ex ſocio & amico hoſtem repente populi romani factum:& eum ipſum rudimẽtum adoleſcentiæ bello laceſſentem romanos poſuiſſe:itaq; pacem illi prius petendá eſſe a Po. Ro. quá ut rex ſociuſq; & amicus appellaretur: nominis eius honorẽ pro magnis erga ſe regũ meritis dare Po. Ro. conſueſſe:legatos romanos:in Africa fore:quibus mandaturum ſenatum ut Verminæ pacis dent leges libeꝝ arbitrium eis populo romano permittẽte:ſiquid ad eas addi demi mutariue uellet: rurſus ab ſenatu ei poſtulandum fore. Legati cum iis Mandatis in Africam miſſi. Gn. Terentius Varo. Sp. Lu

Legati ab ptolemæo rege

Gallicus tumultus

Placetia diripit & ĩcendit a gallis

Legati ad quid carthaginem miſſi

Qui amici a romãis diceret appellaretur ue

cretius.Gn.Octauius quīqueremes ſingulis datæ.Litteræ deinde in ſenatu recitatæ ſunt.Qū.Minutii
prætoris:cui Brutii prouincia erat:pecuniā Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clam ſublatam:nec
ad quos pertineat facinus:ueſtigia ulla extare.Indigne paſſus ſanatus non ceſſari ab ſacrilegiis:& ne Ple/
minium quidem tam claꝝ recenſq; noxe ſimul ac pœnæ exemplum hoīes deterrere.C.Aurelio con/
ſuli negotium datum:ut ad prætorem ī Brutios ſcriberet:ſenatui placere quæſtionem de expilatis the/
ſauris eodem extēplo haberi:quo.M.Pōponius prætor triennio ante habuiſſet:quæ:inuenta pecunia
eſſet reponi:ſi quo minus inuentum foret expleri:ac piacularia:ſi uideretur:ſicut ante pontifices cenſuiſ
ꝓdigia ſent:fieri cauſa expiandæ uiolationis eius templi.Prodigia etiam ſub idem tp̄s pluribus locis nunciata
acciderunt:in lucanis cælum arſiſſe afferebant.Priuerni ſereno per diem totum rubꝝ ſolem fuiſſe.La/
nuuini templo ſoſpitæ Iunonis nocte ſtrepitum īgētem exortum:iam animalium obſcæni fœtus plu/
ribus locis nunciabantur:in ſabinis incertus infans natus maſculus an fœmina eſſet:alter ſedecim iam
annorum item ambiguo ſexu iuentus Fruſinone agnus cum ſuillo capite.Sinueſſæ porcus cum capite
humano natus ī lucanis ī agro publico equus cum quinq; pedibus:fœda omnia & deformia errantiſq;
ī alienos fœtus naturæ uiſa:ante omnia abominati ſemimares iuſſiq; ī mare extemplo deportari ſicut
proxime.C.Claudio.M.Liuio conſulibus deportatus ſimilis ꝓdigii fœtus erat:nihilominus decēuiros
adire libros de portento eo iuſſerunt:decemuiri ex libris res diuinas eaſdem:quæ proxime ſecundum
id prodigium factæ eſſent:imperarunt:carmē præterea ab ter nouenis uirginibus cani per urbem iuſ/
ſerunt:donūq; Iunoni reginæ ferri:ea uti fierent.C.Aurelius conſul ex decemuirorum reſponſo cura/
uit:carmen ſicut patrum memoria Liuius:ita tum condidit.P.Licinius Tegula.Expiatis omnibus reli/
gionibus(nam etiam Locris ſacrilegium perueſtigatum a.Qu.Minuito erat:pecuniaq; ex bonis noxio
rum ī theſauris repoſita)cum conſules ad prouīcias ꝓficiſci uellent:priuati frequentes quibus ex pecu
nia:quam.M.Valerio.M.Claudio conſulibus:mutuam dederant:tertia penſio dedebatur eo anno adie
runt ſenatum:quia conſules cum ad nouum bellum:quod magna claſſe magniſq; exercitibus geren/
dum eſſet:uix ærarium ſufficeret negauerant eſſe:unde iis in præſentia ſolueretur. Senatus quæren/
tes eos nō ſuſtinuit:ſi ī punicū bellū pecunia data:ī macedonicū quoq; bellū:uti reſp.uellet aliis ex aliis
oriētibus bellis:duid aliud quā publicam ꝓ beneficio:tanq̄ obnoxam ſuam pecuniam fore?cū:& pri/
uati æquum poſtularēt:nec tamen ſoluēdo ære alieno reſp.eſſet qđ mediū iter æquū & utile erat decre
uerunt ut quoniā magna pars eorū agros uulgo uænales eē diceret:& ſibimet emptis opus eē:agri pu
blici:q̄ ītra quīq̄geſimum lapidē eēt:copia iis fieret. Cōſules agrū æſtimaturos:& ī iugera ſe aſſes uecti
gales teſtandi cā publicū agꝝ eſſe īpoſituros:ut ſiq̄s cū ſoluere poſſet:populus pecuniā habere:q̄ agrum
mallet:reſtitueret agꝝ populo. Læti eam conditionē priuati accepere triētius tabuliuſq; is ager q̄a pro
tertia parte pecuniæ datus erat appellatus.Tum.P.Sulpicius ſecundum uota ī capitolio nuncupata pa
ludatis cū lictoribus profectus ab urbe Brunduſiū uenit:& ueteribus militibus uolūtariis ex Africano
exercitu ī legiones deſcriptis:nauibuſq; ex claſſe conſulis cornelii lectis altera die:quā a Brunduſio ſol
uit:ī Macediniā traiecit ibi ei præſto fuere Athenienſiū legati orantes:ut ſe obſidione eximeret.Miſſus
extemplo Athenas eſt.C.Claudius Centimalus cum uiginti longis nauibus & militibus:neque enim
ipſe rex Athenas obſidebat:eo maxime tempore Abydum oppugnabat:iam cum rhodiis & Attalo cer
taminibus naualibus neutro feliciter prælio uires expertus:ſed animos ei faciebat præter ferociam inſi
tam:fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege:diuiſæq; iam cū eo Aegypti opes:cui morte audita Pto/
lemæi regis ambo imminebant.Contraxerant autem ſibi cum Philippo bellum athenienſes haudqua
quam digna cauſa:dum ex uetere fortuna nihil præter animos ſeruant.Acarnanes duo iuuenes per ini
tiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi ſunt:fa/
cile eos ſermo prodidit abſurde quædam percunctātes:deductiq; ad Antiſtites templi:cum palam eēt
per errorem īgreſſos:tanquam ob infandum ſcelus īterfecti ſunt:id tam fœde atq; hoſtiliter gens acar
nanum factum ad Philippum detulit:imperauitq; ab eo:ut datis macedonum auxiliis:bellum ſe īferre
athenienſibus pateretur.Hic exercitus primo terram atticam ferro igniq; depopulatus:cum omnis ge
neris præda in Acarnaniam rediit:& irritatio animorum ea prima fuit:poſt ea iuſtum bellum decretis
ciuitatis ultro indicendo factum:Attalus enim rex rhodiiq; perſecuti cedentem in Macedoniam Phi/
Attalus rex legati rhodii lippum:cum Aeginam ueniſſet rex:Pyræum renouandæ firmandæq; cum atheniēſibus ſocietatis cau
ſa traiecit.Ciuitas omnis obuiam effuſa cum coniugibus ac liberis.ſacerdotes cum īſignibus ſuis ītran
tem urbem Cadmi prope ipſi exciti ædibus ſuis exceperūt.In concionem extemplo populus uocatus:
ut rex:quæ uellet:coram ageret.Deinde ex dignitate magis uiſum ſcribere eum:de quibus uideretur:
quam præſentem aut referēdis ſuis in ciuitatem beneficiis erubeſcere:aut ſignificatiōibus acclamatio/
nibuſq; multitudinis aſſentatiōe īmodica pudorem onerātis:In litteris autem:quæ miſſæ ī cōcionem
recitatæq; ſunt:commemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatem ſuam:deide rerum:quas ad/
uerſus Philippum geſſiſſet:ad poſtremum adhortatio capeſſendi bellum:dum ſe:dum rhodios:tum
quidem dum etiam romanos haberent:nequicquam poſtea:ſi tum ceſſarent:prætermiſſam occaſio/
nem quæſituros.Rhodii deide legati auditi ſunt:quorum recens erat beneficium:quod naues longas
quattuor in portu atheniēſium captas nuper a macedonibuſq; recuperatas remiſerāt. Itaq; īgēti cōſen
ſu bellum aduerſus Philippum decretum:honores regi primum Attalo īmodici:deide & rhodiis ha/
biti:tum primum mentio illata de tribu:quam attalidam appellarent:ad decem ueteres tribus adden
da:& rhodiorum populus corona aurea uirtutis gratia donatus:ciuitaſq; rhodiis data:quemadmo/

dum rhodii prius atheniēſibus dederāt. Secūdum hæc rex Attalus ad claſſem Aeginā ſe recepit: Rho/
dii etiā ab Aegina īde ꝑ inſulas Rhodium nauigarunt: oībus ꝑter Andrum: parūqꝫ: & Cidnū: quæ præ
ſidiis macedonū tenebantur ī ſocietaté acceptis. Attalū Aeginæ miſſi ī Aetoliam nūcii: expectatiqꝫ īde
legati aliquādiu nihil agētem tenuere: & neqꝫ illos ad arma excire potuit gaudētes utcunqꝫ compoſita
cum Philippo pace: & ipſe rhodiiqꝫ ſi inſtitiſſent cū Philippo: libertatæ egregiū per ſe Græciæ titulū ha
bere potuiſſent patiētes rurſus eum ī Helleſpōtum traiicere: occupantemqꝫ græciæ opportuna loca ui
res colligere: bellum aluere gloriamqꝫ eius geſti perfectiqꝫ romanis conceſſerūt. Philippus magis regio
aīo eſt uſus: qui cum attalū rhodioſqꝫ hoſtes non ſubſtinuiſſet: ne romano quidē quod īminebat: bello
territus. Philode quodam ex præfectis ſuis cum duobuſmillibus peditū equitibus ducentis ad popu/
landos athaniēſium agros miſſo: claſſe tradita Heraclidi ut Maroneā peteret: ipſe terra eodem cum ex
peditis duobuſmillibus peditū: equitibus ducētis pergit: & Maroneā quidem primo impetu expugna
uit. Aenum inde cū magno labore: poſtremo ꝓditione Ganymedis præfecti Ptolomæi cepit: deinde
alia caſtella Cypſella: & Doriſcon & Sempheū occupat. Inde ꝓgreſſus ad Cherſoneſum. Eleūta: & Alo/
peconeſum tradētibus ipſis recepit. Galllipolis quoqꝫ & Madociis dedita & caſtella quædam ignobilia
Abydeni: ne legatis quidē admiſſis: regi portas clauſerūt: ea oppugnatio diu Philippum tenuit: eripiqꝫ Philip/
ex obſidione: ni ceſſatū ab Attalo & rhodiis foret: potuerūt. Attalus. ccc. tantū milites ī præſidium: rho pi ſuc/
dii quadriremē unā ex claſſe: cum ad Tenedū ſtaret: miſerunt eodē poſtea cū iam uix ſuſtinerent obſi/ ceſſus
dionem: & ipſe Attalus cū traieciſſet: ſpem tātum auxilii ex ꝓpinquo oſtēdit neqꝫ terra: neqꝫ mari adiu
tis ſociis: abydeni quoqꝫ tormētis ꝑ muros diſpoſitis non terra mō adeuntes aditu arcebāt: ſed nauium
quoqꝫ ſtationē īfeſtam hoſti faciebant: poſtea cum & muri pars ſtrata ruinis: & ad interiorē raptim op
poſitum muꝝ cuniculis iā peruētum eſſet legatos ad regē de conditionibus tradēdæ urbis miſerunt.
paciſcebātur autē: ut rhodiā quadriremē cū ſociis naualibus Attaliqꝫ præſidiū emitti liceret: atqꝫ ipſos
urbe excedere cum ſingulis ueſtimētis. Quibus cum Philippus nihil pacati niſi oīa permittentibus re/
ſpondiſet: adeo renūciata hæc legatio ab indignatione ſimul ac deſperatione iram accēdit: ut ad ſagunti
nam rabiē uerſi matronas oēs in tēplo Dianæ: pueros ingenuos; uirgineſqꝫ ēt īfantes cum ſuis nutrici
bus in gymnaſiū includi iuberent: auꝝ & argētum in foꝝ deferri: ueſtē prætioſam in nauem rhodiam
Cyzicænāqꝫ: quæ ī portu erat: choreos ſacerdotes uictimaſqꝫ adduci & altaria ī medio poni: ibi delecti
primū: q ubi cæſam aciē ſuoꝝ ꝓ diruto muro pugnātē uidiſſent: extēplo cōiuges liberoſqꝫ īterficerēt Abyde
auꝝ argētū ueſtē: q̄ ī nauibus eſſent ī mare deiicerēt: tectis publicis priuatiſqꝫ q plurimis locis poſſent: noꝝ de
ignes ſubiicerēt: & ſe facinus ꝑpetraturos præeuntibus ēt execrabile carmē ſacerdotibus iureiurando ſꝑatio
coacti: tū militaris ætas iurare neminē uiuum niſi uictorē acie exceſſurū hi memores dictorū adeo pti/
naciter pugnauerūt: ut cum ꝑlium nox direptura eēt: rex prior territus rabie eorum pugna abſtiterit.

Principes: qbus atrocior pars facinoris delegata erat: cum paucos & confectos uulneribus ac laſſitu/
tudine ſupereſſe ꝑlio cernerent: luce prima ſacerdotes cum īfulis ad urbem dedēdam Philippo mittūt.
Ante deditionem ex iis legatis romanis: qui Alexandriam miſſi erāt. M. Aemylius trium cōſenſu mi/
nimus natu audita obſidione abydenorum ad Phylippū uenit: q queſtus Attalo rhodiiſqꝫ arma illata: Miſera
& quod tum maxime Abydum oppugnaret: cum rex ab Attalo & rhodiis ultro ſe bello laceſſitum di/ bilis
ceret: num abydeni quoqꝫ: īquit: ultro tibi ītulerunt arma? inſueto uera audire ferocior oratio uiſa eſt: abyde/
quam quæ habēda apud regem eſſet: ætas: īquit: & forma & ſuper oīa romanum nomen te ferociorē norum
facit: ego autem primū uelim uos fœdeꝝ memores mecū ſeruare pacem: ſi bello laceſſitis: mihi quoqꝫ caſus
animo eſt facere: & regnum macedonum nomenqꝫ haud minus: quam romanum nobile bello ſentie
tis: ita dimiſſo legato Philippus auro argētoqꝫ: quæ coaceruata erant accepto hominum prædam om/
nem amiſit: tanta enim rabies multitudinē īuaſit: ut repente proditos rati: qui pugnantes mortem oc/
cubuiſſent: periuriumqꝫ aliis alii exprobrantes & ſacerdotibus maxīe: q quos ad mortem deuouiſſent:
eorum deditionem uiuorum hoſti feciſſent: repēte oēs ad cædes coniugum liberorumqꝫ diſcurrerēt:
ſeqꝫ ipſi per oēs uias læti īterficerent. Obſtupefactus eo furore rex ſuppreſſit impetum militum: & tri/
duum ſe ad moriendum abydenis dare dixit: quo ſpatio plura facinora in ſe uicti ædiderunt: quā infe/
ſti ædidiſſent uictores: nec niſi quem uincula: aut alia neceſſitas mori prohibuit: quiſquā uiuus in pote
ſtatem uenit. Philippus impoſito Abydi præſidio in regnum rediit. Cum uelut Sagunti excidium An
nibali: ſic Philippo abydenorum clades ad romanum bellum animos feciſſet: nuncii occurrerunt con/
ſulem iam in Epiro eſſe: & Apolloniam trerreſtres copias nauales Corcyrā in hyberna deduxiſſe. Inter
hæc legatis: qui in Africam miſſi erant de Amilcare gallici exercitus duce: reſponſum a carthaginenſi/
bus eſt nihil ultra ſe facere poſſe: quā ut exilio eum mulctarent: bonaqꝫ eius publicarent: perfugas & fu
gitiuos: quos īquirendo ueſtigare potuerunt: reddidiſſe: & de ea re miſſuros legatos Romā: qui ſena/
tui ſatiſfacerent: ducentamillia modium tritici Romam. cc. ad exercitum in Macedoniā miſerūt. Inde
in Numidiam ad regem profecti legati: dona data Maſiniſſæ: mandataqꝫ ædita: equites. cc. numidæ:
cum daret: accepti: ipſe in naues imponendos curauit: & cum. cc. millibus modium tritici. cc. hordei in Vermi/
Macedoniam miſit. Tertia legatio ad Vermināiierat: is ad primos fines regni legatis obuiā progreſſus: næ pax
ut ſcriberent ipſi: quas uellent pacis cōditiones: permiſit oēm pacē bonā ſibi iuſtamqꝫ fore cum Popu. data a
Ro. datæ leges pacis: iuſſuſqꝫ ad eam confirmandā mittere legatos Romā. Per idē tēpus. L. Cornelius Ro.
Lentulus proconſul ex Hiſpania rediit: qui cū ī ſenatu res ab ſe ꝑ multos annos fortiter feliciterqꝫ ge/
ſtas expoſuiſſet: poſtulaſſetqꝫ ut triumphanti ſibi īuehi liceret ī urbē. res triūpho dignas eē cēſebat ſena

tus:ſed exemplum a maioribus non accepiſſe:ut qui neq; dictator:neq; conſul:neq; prætot res geſſiſſet
Triumphandi mos — triumpharet:ꝓconſulē illū Hiſpaniam ꝓuinciā non cōſulē aut prætorē obtinuiſſe:decurrebatur tamē
eo:ut ouans urbē iniret:intercedente.T.Sempronio longo tribuno ple.qui nihilo magis id more maio
rum aut ullo exēplo futuꝝ diceret:poſtremo uictus conſenſu patꝝ tribunus ceſſit:& ex ſenatuſconſul⁄
to.L.Lentulus ouās urbem eſt ingreſſus:argenti tulit ex præda quadragīta triamillia pondo:auri octin
genta.l.militibus ex præda centum.xx.aſſes diuiſit.Iam exercitus cōſularis ab Arretio ariminum tra⁄
ductus:erat:& quinquemillia ſocium latini noīs ex Gallia in Ethruriā tranſiuerant: itaq;.L.Furius ma
gnis itineribus ab arimino aduerſus gallos Cremonā tum obſidentes ꝓfectus:caſtra mille quingētoꝝ
paſſuum interuallo ab hoſte poſuit:occaſio egregie rei gerēdæ fuit:ſi ꝓtinus de uia ad caſtra oppugnā⁄
da duxiſſet palati paſſim uagabātur ꝑ agros nullo ſatis firmo relicto præſidio:laſſitudini militū timuit:
qđ raptim ductum agmen erat galli clamore ſuoꝝ ex agris reuocati omiſſa: præda.q̄ in manibus erat:
caſtra repetiuere & poſtera die in aciē ꝓgreſſi: nec romanus morā pugnandi fecit:ſed uix ſpatiū inſtru⁄
endi fuit:eo curſu hoſtes in prælium uenerūt:dextera ala quia ī alas diuiſum ſocialem exercitum habe
Galloꝝ metus — bat:in prima acie locata eſt:in ſubſidiis quæ romanæ legiōes.M.Furius dexteræ alæ:legiōibus.M.Ce⁄
cilius: equitibus.L.Valerius Flaccus(legati oēs erāt)præpoſiti.Prætor ſecum duos Legatos.Gn.Leto⁄
rium:&.P.Titinū habebat:cū quibus circūſpicere & obire ad oēs hoſtium ſubitos conatus poſſet.Pri⁄
mo galli omni multitudine in unū locū cōnixi obruere atq; cōterere ſeſe dexteram alā quæ prima erat
ſperarunt poſſe:ubi id paꝝ procedebat:circūuenire a cornibus & amplecti hoſtiū aciem:quod multitu
dine aduerſus paucos facile uidebatur:conati ſunt:id ubi uidit prætor: & ut ipſe dilataret aciem : duas
legiones ex ſubſidiis dextera leuaq; alæ:quæ in prima acie pugnabat: circundat ædemq; deo Ioui uouit
ſi eo die hoſtes fudiſſet.L.Valerio imperat:ut altera parte duarū legionū equites: altera ſociorū equita⁄
tum in cornua hoſtiū emittat:nec circūuenire eos aciē patiatur:ſimul & ipſe ut extenuatā mediam ſub⁄
ductis cornibus aciem galloꝝ uidit:ſigna īferre confertos milites & perrumpere ordines iubet : & cor
nua ab equitibus & medii a pedite pulſi:ac cum repente ī oī parte cæde īgenti ſternerēt:galli terga uer⁄
tunt:fugaque effuſa repetunt caſtra fugientes perſecutus eques:mox & legiones inſecutæ in caſtra im⁄
petum fecerunt: minus ſexmillia hominum īde effugerūt:cæſa & capta ſupra quiq;:&.xxx.cum ſignis
militaribus.lxx.carpentis gallicis multa præda oneratis plus ducentis . Hamilcar dux pœnus eo præ⁄
Ingens galloꝝ cædes — lio cecidit:& tres īperatores nobiles gallorum placentini captiui ad duomillia liberorum capitū redditi
colonis.Magna uictoria lætaq; Romæ fuit litteris allatis ſupplicatio ī triduum decreta:ē Romāorum
ſociorumq; ad duomilia eo ꝑlio ceciderūt:plurimi dexteræ alæ:ī quam primo impetu īgens uis hoſtiū
illata eſt.Quāq̄ a ꝑtore ꝓpe debellatū erat:cōſul quoq;.C.Aurelius prefectis:q̄ Romæ agenda fuerant
ꝓfectus ī Galliā uictorem exercitū a ꝑtore accepit:cōſul alter cum autūno ferme exacto ī ꝓuīciam ue⁄
niſſet:circa Apolloniā hybernabat:ab claſſe:q̄ Corcyræ ſubducta erat.C.Claudius:triremeſq; romanæ
ſicut ante dictū eſt.Athenas miſſæ cū Pyreum perueniſſent:deſpondētibus iā aīos ſociis ſpem ingentē
attulerāt:nam & terreſtres ab Corintho:q̄ ꝑ Megarā īcurſiōes ī agros fieri ſolitæ erāt:nō fiebāt:& ꝑdo
num a Chalcide naues:q̄ nō mare ſolū īfeſtum:ſed ēt oēs maritimos agros atheniēſibus fecerant: non
modo Samū ſuperare ſed ne extra fretum Euripi cōmittere aperto mari ſe audebant: ſuperuenerunt
iis tres rhodiæ quadriremes:& erant atticæ tres aptæ naues ad tuendos maritimos agros comparatæ.
Hac claſſe ſi urbs agriq; athenienſiū defenderētur:ſatis in præſentia eximimāti Claudio eſſe: maio⁄
ris ēt rei fortuna oblata eſt:exules ab Chalcide regioꝝ iniuriis pulſi attulerūt occupari Chalcidem ſine
certamine ullo poſſe:nā & macedonas q̄a nullus in propinquo ſit hoſtium metus uagari paſſim:& op⁄
pidanos præſidio macedonū fætos cuſtodiam urbis negligere.His auctoribus profectus quāquā Sa⁄
mū ita mature peruenerat:ut inde prouehi ad primas anguſtias Euboeæ poſſet:ne ſuperato promon⁄
torio conſpiceretur:claſſem in ſtatione uſq; ad noctē tenuit:primis tenebris mouit & tranquillo pue⁄
Chalcis capit — ctus Chalcidē pauloāte lucē:qua īfrequentiſſima urbis ſunt:paucis militibus turrim proximā murūq;
circa ſcalis cepit:alibi ſopitis cuſtodibus:alibi nullo cuſtodiēte progreſſi:inde ad frequētia ædificiis loca
cuſtodibus īterfectis refractaq; porta cæteram multitudinē acceperūt.Inde in totā urbē diſcurſum eſt:
aucto ēt tumultu:quod circa forū ignis iniectus erat conflagrarunt & horrea regia: & armamētarium
cū īgenti apparatu machinaꝝ tormentorūq;: cædes inde paſſim fugientiū pariter ac repugnantiū fieri
cœpta eſt:nec ullo iā:qui militaris ætatis eſſet:nō aut cæſo aut fugato.Sopatro ēt acarnane ꝑfecto præ⁄
ſidii īterfecto:præda oīs primum in foꝝ collata:deinde in naues īpoſita:carcer ēt ab rhodiis refractus:
emiſſiq; captiui:quos Philippus tanquā in tutiſſimā cuſtodiā condiderat:ſtatuis īde regis deiectis trun
catiſq;:ſigno receptui dato conſcenderūt naues:& Pyræum:unde ꝓfecti erāt:redierūt:qđ ſi tantū mili⁄
tum romanorum fuiſſet:ut & Chalcis teneri:& non deſeri præſidium Athenarum potuiſſet: magna
res principio ſtatim belli Chalcis & Euripus adempta regi forent:nam ut terra Thermopylarum an⁄
guſtiæ Græciā:ita mari fretum Euripi claudit.Demetriadæ tum Philippus erat: quo cū eſſet nūciata
clades ſociæ urbis:quanquā ſerum auxiliū ꝑditis erat:tamen quæ proxima auxilio eſt:ultionem petēs:
cum expeditis quinquemillibus peditū &.ccc.eq̄tibus extēplo profectus curſu propere Chalcidē con⁄
tēdit haudquaq̄ dubius opprimi romanos poſſe:a q̄ deſtitutus ſpe nec q̄cquā aliud quam ad deforme
ſpectaculum ſemirutæ ac fumantis ſociæ urbis cum ueniſſet paucis uix:q ſepelirent: bello abſumptos
relictis:æque raptim quam uenerat: traſgreſſus ponte Euripū per Boetiam Athenas ducit pari incœ⁄
pto haud diſparem euentū ratus reſponſuꝝ:& reſpōdiſſet:niſi ſpeculator(Hemerodromas uocāt græ

ci)igens die uno curſu emetiens ſpatiũ:contemplatus regiũ agmen e ſpecula quadã prægreſſus nocte
media Athenas perueniſſet:idem ibi ſomnus:eademqꝫ negligentia erat:quæ Chalcidem dies ante pau
cos prodiderat:excitati uuncio trepido & p̄tor athenienſium & Dioxippus p̄fectus cohortis mercede
militantium auxiliorũ:conuocatis ĩ forũ militibus: tuba ſignũ ex arce dari iubet : & hoſtes adeſſe oẽs
ſcirẽt:ita undiqꝫ ad portas ad muros diſcurrunt. Paucas poſt horas Philippus aliquanto tamẽ ante lucẽ
appropinquans urbi:conſpectis luminibus crebris & fremitu hominum trepidantium:ut ĩ talibus tu
multu exaudito ſuſtinuit ſigna:& conſidere ac quieſcere agmen iubet:ui aperta propalã uſurus:quan-
do parum dolus profuerat:ad Dipylon acceſſit: porta ea uelut in ore urbis poſita maior aliquanto po-
tentiorqꝫ:quam cæteræ eſt & ĩtra eam extraqꝫ latæ ſunt uiæ:ut & oppidani dirigere aciẽ a foro ad por-
tam poſſent:& extra limes mille ferme paſſus ĩ Academiæ gymnaſium ferens pediti equitiqꝫ hoſtium
liberum ſpatium præberet. Eo limite athenienſes cum Attali præſidio & cohorte Dioxippi acie intra
portam inſtructa ſigna extulerunt:quod ubi Philippus uidit:habere ſe hoſtes in poteſtate ratus & diu
optata cæde:neqꝫ enim ulli græcarum ciuitatum ĩfeſtior erat:expleturum cohortatur milites ut ſe itu-
entes pugnarent:ſcirentqꝫ ibi ſigna:ibi aciem eſſe debere : ubi rex eſſet : concitat in hoſtes equum non
ira tantum:ſed etiam gloria elatus:quod ingenti turba completis ẽt ad ſpectaculũ muris conſpici ſe pu
gnantem egregium ducebat:aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios hoſtes
ĩgentem tum ſuis ardorem: tum pauorem hoſtibus iniecit plurimos manu ſua comminus eminuſqꝫ
uulneratos compulſoſqꝫ in portam conſecutus & ĩſpe cum maiorẽ ĩ anguſtiis trepidantium edidiſſet
cædem in temerario incœpto tutum tamẽ receptum habuit:quia:qui in turribus portæ:erant ſuſtine-
bant tæla ne in permixtos hoſtibus ſuos coniicerent:intra muros deinde tenentibus milites atheniẽ-
ſibus. Philippus ſigno receptui dato caſtra ad Cynoſarges (templum herculis : gymnaſiumqꝫ : & lucus Philip-
erat circuniectus) poſuit:ſed Cynoſarges & lucus & quicquid ſancti amœniue circa urbem erat : incen pus
ſum eſt:dirutaqꝫ non tecta ſolum:ſed etiam ſepulchra : nec diuini humaniue iuris quicq̃ præ ĩpotenti Athe.
ira eſt ſeruatum. Poſtero die cum primo clauſæ fuiſſent portæ deinde ſubito apertæ: quia præſidium cõpellit
Attali ab Aegina:romaniqꝫ ab Pyræo intrauerant urbem : caſtra ab urbe rettulit rex tria ferme millia in urbẽ
paſſuũ:inde Eleuſinam profectus ſpe improuiſo templi caſtelliqꝫ quod & ĩminet & circudatum eſt tẽ
plo capiendi:cũ haud quaq̃ neglectas cuſtodias aĩaduertiſſet & claſſem a Pryæo ſubſidio uenire:omiſ-
ſo incœpto. Megaram ac protinus Corynthum ducit:& cum Argis achæorũ concilium eſſe audiſſet:
inopinantibus achæis concioni ipſi ſuperuenit:conſultabant de bello aduerſus Nabin tyrãnum lace-
dæmoniorum: qui tranſlato ĩmperio a philoppœmene ad Cycliadem nequaq̃ parem illi ducem dila-
pſa cernẽs achæorum auxilia redintegrabat bellum:agroſque finitimorum uaſtabat : & iam urbibus
quoqꝫ erat terribilis : aduerſus hunc hoſtem:cum quantum ex quaqꝫ ciuitatum militum conſcribere
tur conſultarẽt. Philippus dempturum ſe eis curam:quod ad Nabin & lecedæmonios attineret:pollici
tus:nec tantum agros ſociorum populationibus prohibiturum : ſed terrorem omnem belli in ipſam
Laconiam ducto eo extemplo exercitu trãſlaturꝫ. Hæc oratio cũ ĩgenti hoĩum aſſenſu acciperet̃: ita ta
men æquũ eſt ĩquit:me ueſtra meis armis tutari:ne mea ĩterim nudent̃ p̄ſidiis:itaqꝫ ſi uobis uidet̃: tan
tum parate militum:quãtum ad Horreũ:& Chalcidẽ: & Corinthum tuẽda ſatis ſint:ut meis ab tergo
tutis ſecurus bellum Nabidi ĩferam & lacedæmoniis. Non fefellit achæos:quo ſpectaſſet tam benigna
pollicitatio:auxiliũqꝫ oblatum aduerſus lacedæmonios:id quæri ut obſidem achæorꝫ iuuentutẽ edu-
ceret ex Peloponneſo ad illigandũ romano bello gẽtem:& id q̃dem coarguere Cycliades p̄tor achæorꝫ
nihil attinere ratus:id modo cum dixiſſet nõ licere legibus achæorꝫ de aliis rebus referre:quã pp quas
cõuocati eſſent: decreto de exercitu parãdo aduerſus Nabin facto cõcilium fortiter ac libere habitum
dimiſit ĩter aſſentatores regios ante eam diem habitum. Philippus magna ſpe depulſus uolũtariis pau
cis militibus cõſcriptis. Corinthũ atqꝫ ĩ atticam terrã rediit. Per eos ipſos dies:q̃bus Philippus ĩ Achaia
fuit:Philocus p̄fectus regius ex Euboea p̄fectus cum duobuſmillibus thracum macedonũqꝫ ad depo-
pulandos atheniẽſium fines e regione Eleuſinis ſaltum Cithæronis tranſcendit:ĩde dimidia parte mi-
litum ad prædandum paſſim per agros dimiſſã:cum parte ipſe occultus loco ad ĩſidias opportuno cõ-
ſedit:ut ſi ex caſtello ab Eleuſine ĩ p̄dantes ſuos ĩpetus fieret:repente hoſtes effuſos ex ĩprouiſo adorire
tur:non fefellere inſidiæ:itaqꝫ reuocatis:qui diſcurrerant ad prædandum militibus:inſtructiſqꝫ ad op-
pugnandum caſtellum Eleuſinem profectus cum multis ĩde uulneribus receſſit:Philippoqꝫ ſe ueniẽ-
ti ex Achaia cõiunxit:temptata & ab ipſo rege oppugnatio eius caſtelli eſt:ſed naues romanæ ab Epiro
uenientes intromiſſumqꝫ p̄ſidium abſiſtere incœpto coegerunt. Diuiſo exercitu rex cum parte Phi- Philip-
loclem Athenas mittit:cum parte ipſe Pyræum pergit:ut cum Philocles ſubeundo muros cõminãda pi conſi
oppugnatione contineret urbe athenienſes:ipſi Pyræum leui cum præſidio relictum expugnandi fa- liũ op-
cultas eſſet. Cæterum nihil ei Pyræi quã Eleuſinis facilior iiſdem fere defendẽtibus oppugnatio fuit:a pugnã-
Pyræo Athenas repente duxit:inde eruptione ſubita peditum eq̃tumqꝫ inter anguſtias ſemiruti muri dis athe
qui brachiis duobus Pyreum Athenis iungit:repulſus:omiſſa oppugnatione urbis diuiſo cum Philo- nis
cle rurſus exercitu:ad agros uaſtandos profectus:cum priorem populationem ſepulchris circa urbem
diruẽdis exercuiſſet:neq̃d ĩuiolatum relinqueret tẽpla deum:q̃ pagatim ſacrata habebãt:dirui atqꝫ in-
cendi iuſſit:& ornata eo genere operum eximie terra attica & copia domeſtici marmoris & ĩgeniis ar-
tificũ p̄buit huic furori materiã:neqꝫ.n.diruere modo ipſa tẽpla ac ſimulacra euertere ſatis habuit: ſed
lapides quoqꝫ:ne ĩtegri cumularẽt ruinas:frãgi iuſſit:& poſteaquã nõ tam ira ſaciata:quã iræ exercẽdæ

materia hæc deerat:agro hoſtiū ĩ Boetiā exceſſit:nec aliud qcquam dignum memoria ĩ Græcia egit.
Conſul Sulpitius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium habebat caſtra ad tarſum flumē:
quo accerſitum Titum Apuſtiū legatū cum parte copiaꝝ ad depopulādum hoſtium fines mittit.Apu
ſtius extrema Macedoniæ populatus:Corrhago & Gerrunio & orreſſo caſtellis primo impetu captis:
ad Antepatriā in faucibus anguſtis ſitam urbem uenit:ac primo euocatos principes ad colloquium:ut
fidei romanoꝝ ſe cōmitterent:ꝑ licere eſt conatus: deinde ubi magnitudine ac mœnibus ſituqꝫ urbis
fræti dicta aſpernabant̃:ui atqꝫ armis adortus expugnauit:puberibuſqꝫ ĩterfectis p̄da omni militibus
conceſſa diruit:muros:atqꝫ urbem ĩcendit.Hic metus Codrionem ſatis ualidum & munitum oppidū
ſine certamine:ut dederetur romanis:effecit.Præſidio ibi relicto.Indus:nomē ꝓpter alterā in Aſia ur/
bem:quam oppidum notius:ui capitur.Reuertentem legatum ad conſulē cum ſatis magna p̄da Athe
nagoras qdam regius p̄fectus in tranſitu fluminis a nouiſſimo agmĩe adortus poſtremos turbauit:ad
quorum clamorem & trepidationem cum reuectus ꝓpere legatus ſigna conuertiſſet:coniectiſqꝫ ĩ me/
dium ſarcinis aciem direxiſſet:non tulere impetum romanorum militum regii.Multi ex iis occiſi:plu
res capti.Legatus ĩcolumi exercitu reducto ad conſulem reuertit̃:ĩde extēplo ad claſſem:Hoc ſatis feli/
ci expeditione bello cōmiſſo reguli ac prĩcipes accolæ macedonum ĩ caſtra romana ueniunt.Pleuratus
Serdileni filius:& Aminā der athamanū rex:& ex dardanis Bato Longari filius:bellū ſuo noīe Lōgarus
cū Demetrio Pihlippi patre geſſerat:pollicētibus auxilia reſpōdit cōſul:dardanoꝝ & Pleurati opa:cum
exercitum in Macedoniā ĩduceret:ſe uſuꝝ:Aminādro ætolos cōcitandos ad bellū attribuit:Attali lega
tis:nam ii quoqꝫ ꝑ id tp̄s uenerāt:mādat:ut Aeginæ rex:ubi hybernabat:claſſem romanā opperiretur:
qua adiuncta bello maritimo ſicut ante Philippū uergeret:ad rhodios quoqꝫ miſſi legati:ut capeſſerēt

**Varii belloꝝ appatuſ**

partem belli.Nec Philippus ſegnius:iam.n.in Macedoniā ꝓuenerat:apparabat bellū filiū Perſea puerū
admodū datis ex amicorum numero:qui ætatē eius regerent:cū parte copiaꝝ ad obſidendas anguſtias
quæ ad Pelagoniā ſunt:mittit.Sciatum & Pepetrecū haud ignobiles urbes:ne claſſi hoſtiū p̄dæ aut ꝑ/
mio eſſent:diruit:ad ætolos mittit legatos:ne gens inquieta aduentu romanoꝝ fidem mutaret. Con/

**Panæ/ tolium**

cilium ætoloꝝ ſtatuta die:quod panætolium uocant:futurum erat:huic ut occurrerent:& legati regis
iter accelerarunt:& ab conſule miſſus Lucius Ruffus Purpurio legatus uenit:athenienſiū quoqꝫ legati
ad id concilium occurrerunt.Primi macedones:cum quibus recentiſſimū fœdus erat: auditi ſunt: qui
noua nulla re nihil ſe noui habere:quod afferrent:dixerunt:qbus enim decauſis experta inutili ſocieta/
te romana pacem cum Philippo feciſſent:compoſitam ſemel ſeruare eos debere.An imitari inqt unus
ex legatis romanoꝝ licentiam:an leuitatem dicam:maualtis:ʼqui cum legatis ueſtris Romæ reſpon/
deri ita iuſſiſſent:qd ad nos uenitis ætoli;ſine quoꝝ auctoritate pacem cum Philippo feciſtis:ʼidē nūc
ut bellum ſecum aduerſus Philippum geratis:poſtulant:& antea propter uos:& pro uobis arma ſum/
pta aduerſus eum ſimulabant:nunc uos in pace eſſe cum Philippo ꝓhibent.Meſſanæ ut auxilio eſſent
primo in Siciliā conſcenderunt:iteꝝ ut Syracuſas opp̄ſſas ab carthaginenſibus in libertatem eximerēt
& Meſſanam:& Syracuſas:& totam Siciliam ipſi habent:uectigalemqꝫ prouinciā ſecuribus:& faſcibus
ſubiecerunt.Scilicet ſicut uos Naupacti legibus ueſtris ꝑ magiſtratus a uobis creatos concilium habe/
tis:ſocium hoſtemqꝫ libere:quem uelitis:lecturi pacē ac bellum arbitrio habituri ueſtro:ſic ſiculoꝝ ciui

**Acris mace/ donis legati actio in romāoſ**

tatibus Syracuſas:aut Meſſanam:aut Lilybæū indicitur conciliū populi romani:romanus conuentus
agitur:eo imperio euocati conueniunt : excelſo in ſuggeſtu ſuperba iura reddentem ſtipatū lictoribus
uidēt:uirgæ tergo:ſecures ceruicibus imminent:& quotannis alium atqꝫ aliū dominū ſortiuntur : nec
id mirari debent:aut poſſunt:cū Italiæ urbes Rhegium Tarentū Capuamue finitimas quarum ruinis
creuit urbs romana:eiuſdem ſubiectas uideant imperio.Capua quidē ſepulchrum & monumentum
campani populi elato:extorri & eiecto ipſo populo ſupereſt urbs trunca ſine ſenatu:ſine plebe: ſine ma
giſtratibus:prodigium relicta crudelius habitanda: quam ſi deleta foret . Furor eſt: ſi alienigenæ ho/
mines plus lingua & moribus & legibus:quam maris terrarumqꝫ ſpatio diſcreti hæc tenuerint: ſpera/
re quicq̄:eodem ſtatu manſurum.Philippi regnum officere aliquid uideri libertati ueſtræ:qui cū meri
to ueſtro uobis infeſtus eſſet:& nihil a uobis ultra quam pacem petit: fidemqꝫ hodie pacis pactæ deſi/
derat:aſſuefacite iis terris legiones externas:& iugum accipite: ſero ac nequicq̄ cum dominum roma/
num habebitis:ſocium Philippum quæretis.Aetolos acarnenes macedones eiuſdē lingue hoīes leues
ad tempus ortæ cauſæ diſiungunt:coniunguntqꝫ cum alienigenis cum barbaris : æternum omnibus
græcis bellum eſt:eritqꝫ:natura enim:quæ perpetua eſt:nō mutabilibus in diem cauſis hoſtes ſunt:ſed
unde cœpit oratio mea:ibi deſinet.Hoc eodem loco iidem homines de eiuſdem Philippi pace triēnio
ante decreuiſtis:iiſdem improbantibus eam pacem romanis qui nunc pactam & compoſitam turbare
uolunt: in qua conſulatione nihil fortuna mutauit:cur uos mutetis: non uideo.Secundū macedonas
ipſis romanis ita concedentibus iubentibuſqꝫ athenienſes:qui fœda paſſi iuſtius in crudelitatem ſcæ/
uitiāque regis inuehi poterant:introducti ſunt.Deplorauerunt uaſtagionē populationemque miſera/
bilem agrorum:neqꝫ:id ſe queri quod hoſtilia ab hoſte paſſi forēt:eſſe.n.quædam belli iura:quæ ut fa
cere:ita pati ſit fas:ſata:exuri: dirui tecta:p̄das hoīum pecorumqꝫ agi: miſera magis q̄ indignea patienti
eſſe:uerum eniuero id ſe queri:quod qui romāos alienigenas & barbaros uocet:adeo omnia ſimul di/
uina humanaqꝫ iura polluerit:ut priore populatione cum infernis diis ſecunda cum ſuperis bellum ne
farium geſſerit: omnia ſepulchra monumentaqꝫ diruta eſſe in finibus ſuis: omnium nudatos manes:
nullius oſſa terra tegi:delubra ibi:diruta:quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis caſtellis ui/

tiſq; conſecrata:ne in unā urbē quidem contributi maiores ſui deſerta relinquerīt:circa ea oīa tēpla Phi
lippum īfeſtos circūtuliſſe ignes:ſemiuſta & truncata ſimulacra deum inter proſtra tos iacere poſtes tē-
plorum:qualē terrā atticam fecerit exornatam quondā opulentāq;:talem eum:ſi liceat.Aetoliam Græ
ciamq; omnem factuꝝ:urbis:quoq; ſuæ ſimilem deformitatemq; futuram fuiſſe:niſi romani ſubue-
niſſent:eodem enim ſcelere urbem colentē hos deos præſidemq; arcis Mineruam petitam:eodem eleu
ſinæ Cereris tēplū eodē Pyræi Iouem Mineruamq;.Sed ab eoꝝ nō templiſ modo:ſed etiam mœnibus
uim atq; armis repulſum:in ea delubra:quæ ſola religione tuta fuerint:ſediſſe.Itaq; ſe orare atq; obſe-
crare ætolos:ut miſerti athenienſiū ducibus diis īmortalibus:deīde romanis:qui ſecūdū deos plurimū
poſſint:bellū accipiant.Tum romanus legatus totā orationis meæ formā macedones primum:deinde
athenienſes mutarunt:nam & macedones cū ad conquerēdas Philippi iniurias ī tot ſocias nobis urbes
ueniſſent:ultro accuſando romanos defenſionem:ut accuſatione potiorē haberem:effecerunt:& athe-
nienſes in deos ſuperos inferoſq; nefanda atq; inhumana ſcelera eius referēdo:quid mihi aut cuiquam
reliquerunt:quod obiicere ultra poſſimus?eadem chios:abydenos:æneos: maronitas:thaſios : parios:
ſamios:lariſſenſes:meſſenios:hinc ex Achaia exiſtimate queri grauiora etiā acerbioraq; eos:quibus no-
cendi maiorem facultatē habuit.Nā quod ad ea attinet:quæ nobis obiecit:niſi gloria digna ſunt:fateor
ea defendi non poſſe.Rhegium:& Capuam:& Syracuſas nobis obiecit.Rhegiū Pyrrhi bello legio a no
bis rheginis ipſis:ut mitteretur orantibus in præſidiū miſſa:urbem ad quam defendendam miſſa erat:
per ſcelus poſſedit:comprobauimus igitur id facinus?an bello perſecuti ſceleratam legionem in pote-
ſtatē noſtram redactam:tergo & ceruicibus pœnas ſociis pendere cū coegiſſemus:urbem agros ſuaque
omnia cum libertate legibuſq; rheginis reddidimus?Syracuſanis oppreſſis ab externis tyrānis:quo i-
dignius eſſet:cū tuliſſemus opem:& fatigati prope ꝑ trienniū terra mariq; urbe munitiſſima oppugnā
da eſſemus:cū ipſi ſyracuſani ſeuire tyrannis:quam capi a nobis mallent:captam iiſdem armis & libe-
ratā urbem reddidimus:neq; inficiati ſumus Siciliam prouinciam noſtram eſſe:& ciuitates:quæque in
parte carthaginenſium fuerunt:& uno animo cum illis aduerſus nos bellum geſſerunt:ſtipēdiarias no
bis ac uectigales eſſe.Quin contra hoc & uos & omnes gētes ſcire uolumus:pro merito cuiq; erga nos
fortuna eſſe. An campanoꝝ pœnæ:de qua neq; ipſi q̄dem queri poſſunt;nos pœniteat?hi homines cū
pro iis bellum aduerſus ſamnites ꝑ annos prope ſeptuaginta cū magnis noſtris cladibus geſſiſſemus:
ipſos fœdere primū:deinde cōnubio:atq; inde cognationibus:poſtremo ciuitate nobis cōiunxiſſemus:
tempore noſtro aduerſo primi omnium Italiæ populorum præſidio noſtro fœde interfecto ad Anni-
balem defecerunt:deinde indignati ſe obſideri a nobis Annibalem ad oppugnādam Romam miſerūt.
Horū ſi neq; urbs ipſa:neque homo quiſquam ſupereſſet:quis id durius quā pro merito ipſoꝝ ſtatutū
indignari poſſet?plures ſibimetipſi conſcientia ſcelerum mortem conſciuerūt:quam a nobis ſupplicio
affecti ſunt:cæteris ita oppidū:ita agros ademimus:ut agrum locumq; ad habitandum daremus: urbē
innoxiā ſtare incolumen pateremur:ut q hodie uideat:eam nullum oppugnatæ captæue ibi urbis ue-
ſtigium inueniat.Sed quid ego Capuam dico:cū Carthagini uictæ pacē ac libertatem dederimus?ma-
gis illud eſt periculum ne nimis facile uictis ignoſcendo:plures ob idipſum ad experiundam aduerſus
nos fortunam belli incitemus Hæc pro nobis dicta ſunt.Hæc aduerſus Philippū:cuius domeſtica par-
ricidia:& cognatorum amicorūq; cædes:& libidinē prope inhumaniorem:quam crudelitatē uos: quo
propiores Macedoniæ eſtis:melius noſtis.Quod ad uos attinet:ætoli nos ꝓ uobis bellum ſuſcepimus
aduerſus Philippum:uos ſine nobis cum eo pacem feciſtis:& forſitan dicatis bello punico occupatis no
bis coactos metu uos leges pacis ab eo:qui tū plus poterat:accepiſſe & nos cum alia maiora urgerent de
poſitum a uobis bellū & ipſi omiſimus:nūc & nos deum benignitate punico ꝑfecto bello totis uiribus
noſtris in Macedoniam incubuimus:& uobis reſtituendi uos in amicitiā ſocietatemq; noſtram fortu-
na oblata eſt:niſi perire cum Philippo:quam uincere cum romanis mauultis.Hæc dicta ab romano cū
eſſent:inclinatis omnium animis ad romanos . Democritus prætor ætolorum:pecunia:ut fama ē: ab
rege accepta:nihil aut huic aut illi parti aſſenſus:rem magni diſcriminis:Conſiliis nullam eſſe tam ini-
micam:quam celeritatem dixit:celerem enim pœnitentiam:ſed tandem ſeram atq; inutilem ſequi : cū
præcipitata raptim conſilia neq; reuocari:neq; in integrum reſtitui poſſint: deliberationis autem eius:
cuius ipſe maturitatem expectandam putaret:tempus ita iam nunc ſtatui poſſe:cum legibus cautum
eſſet:ne de pace belloue niſi in panætolico & pyrrhiaco concilio ageretur:decernerent extemplo:ut præ
tor ſine fraude:cum de bello & pace agere uelit:aduocet concilium:& quod tū referatur: decernaturq;:
ut perinde ius ratumq;:ac ſi in panætolico aut pyrrhiaco concilio actum eſſet.Dimiſſis ita ſuſpenſa re-
legatis egregie conſultum genti aiebat:nam utrius patris melior fortuna eſſet belli ad eius ſocietatē in-
clinaturos.Hæc in concilio ætoloꝝ acta.Philippus impigre terra mariq; parabat bellū: nauales copias
Demetriadem in Theſſiam contrahebat.Attalum romanamq; claſſem prīcipio ueris ab Aegina ratus
moturos:nauibus maritimæq; oræ præfecit Heraclidam:quē & ante præfecerat.Ipſe terreſtris copias
comparabat magna ſe duo auxilia detraxiſſe romanis credens:ex una parte ætolos:ex altera dardanos:
faucibus ad Pelagoniam a filio Perſeo interclusis.Ab conſule non parabatur:ſed gerebatur iam bellū:
per Darſetiorum fines exercitum ducebat:frumentum:quod ex hybernis extulerat:integrum uehens
quod ī uſum militi ſatis eſſet præbentibus agris:oppida uiciq; partī uolūtate:partim metu ſe tradebāt
quædam ui expugnata:q̄dam deſerta in montes propinquos refugientibus barbaris inueniebātur.Ad
lyncum ſtatiua poſuit ꝓpe flumē baetum;inde frumētatū circa horrea darſetioꝝ mittebat. Philippus

Legati romani actio in Aetolorum cōcilio

Att.romāi legati uehemētē actionē

conſternabat quidem omnia circa:pauoremq; ingentem hominum cernebat:ſed parū gnarus quā par
Celeri/tas con/ſiliis ini mica
tem petiſſet conſul:alam eqtum ad explorandū:quo nā hoſtes iter ītendiſſent:miſit:idē error apud cō/
ſulem erat:mouiſſe ex hybernis regē ſciebat:quā regionē petiſſet ignorans:is quoq; ſpeculatū miſerat
equites:hæ duæ alæ ex diuerſo:cū diu īcertis itineribus uagatæ ꝑ darſetios eēnt:tandē ī unum iter con
uenerunt:neutros fefellit:ut fremitus ꝓcul hoīum equorumq; exauditus ē hoſtes appropiquare:itaq;
priuſquā ī conſpectū uenirēt:equos armaq; expedierāt:nec mora:ubi primū hoſtem uidere:concurrē/
di facta ē:forte & numero & uirtute utpote lecti utrīq; haud impares:æquis uiribus per aliquot horas
pugnauerūt:fatigatio ipſorum equorumq; īcerta uictoria diremit prælīū:macedonū.xl.equites:roma
noꝝ quinq; &.xxx.ceciderūt:neq; eo magis explorati quicquā:ī qua regione hoſtium caſtra eſſent:aut
aut illi ad regem:aut iſti ad conſulem rettulerunt:ꝑ trāſfugas cognitum ē:quos leuitas īgenioꝝ ad co/
gnoſcendas hoſtiū res ī omnibus bellis præbet.Philippus aliqd & ad caritatē ſuorum:& ut promptius
pro eo periculum adirēt ratus profecturum ſe:ſi eqtum:qui ceciderāt ī expeditione ſepeliēdoꝝ curam
Eqſtre certa/men
habuiſſet:afferri eos ī caſtra iuſſit:ut cōſpiceretur ab oībus funeris honos.Nihil tā īcertū:nec tam īæſti
mabile ē:quam animi multitudinis:quod prōptiores ad ſubeundā oēm dimicationē uidebatᷣ facturū:
id metū pigritiamq; īcuſſit:nā qui haſtis ſagiptiſq; & rara lāceis uulnera facta uidiſſent:cū græcis Illyri
ciſq; pugnare aſſueti:poſteaquā gladio hiſpaniēſi detruncata corpora brachiis abſciſſis:aut tota ceruice
deſecta diuiſa a corpore capita patentiaq; uiſcera:& fœditatem aliam uulnerū uiderunt:aduerſus quæ
tæla:quoſq; uiros pugnandū eēt:pauidi uulgo cernebāt:ipſum quoq; regem terror cepit nōdum iuſto
prælio cū romanis cōgreſſum:itaq; reuocato filio præſidioq;:quod ī faucibus Pelagoniæ erat:ut iis co
piis ſuas augeret.Pleurato dardaniſq; iter in Macedoniā patefecit.Ipſe cū.xx.millibus peditū quattuor/
millibus eqtum ducibus trāſfugis ad hoſtem profectus:paulo plus.cc.paſſus a caſtris romanis tumulū
propīquum Athaco foſſa ac uallo cōmuniuit:ac ſubiecta cernēs romana caſtra admiratus eē dicitur:&
uniuerſam ſpeciē caſtroꝝ:& deſcripta ſuis quæq; partibus:tū tēdentiū ordīe:tū itineꝝ īteruallis:& ne/
gaſſe barbaroꝝ ea caſtra ulli uideri poſſe.Biduo cōſul & rex alter alterius conatus expectātes cōtinuere
ſuos intra uallū:tertio die romanus oīs copias in aciē eduxit.Rex tam celerē aleam uniuerſi certaminis
Trallis
timens quadrīgētos Trallis:illyricoꝝ:id ſicut alio diximus loco:ē genus:& cretenſes.ccc.addito iis pedi
tibus primū numero equitū cū duce Athenagora uno ex purpuratis ad laceſſendos hoſtiū equites mi/
ſit:ab romanis autē aberat acies eoꝝ paulo plus quīgentos paſſus:uelites & equitū duæ ferme alæ emiſ
ſæ:ut numero quoq; eques pedeſq; hoſtē æquarēt.Credidere regii genus pugnæ:cui aſſueuerant fore:
ut equites īuicem īſequētes refugiēteſq; nūc tælis uterentur:nūc terga darēt:illyricoꝝ uelocitas ad ex/
curſiones & impetus ſubitos uſui eēt:cretēſes in īuehentē ſe effuſe hoſtem ſagiptas conīicerēt: turbauit
hunc ordinem pugnādi non acrior quam pertinacior īpetus romanoꝝ:nam haud ſecus quam ſi tota
acie dimicarēt:& uelites emiſſis haſtis cōminus gladiis rē gerebāt:& equites:ut ſemel in hoſtem euecti
ſunt:ſtantibus equis partim ex ipſis equis:partim deſiliētes īmiſcenteſq; ſe peditibus pugnabāt: ita nec
eques regius equiti par erat īſuetus ad ſtabilem pugnam:nec pedes cōcurſator & uagus & prope ſemi/
nudus genere armorum:ueluti romano parmam gladiumq; habēti:pariterq; & ad ſe tuēdū:& ad ho/
Mace/donū fuga
ſtem petēdum armato.Nō tulere itaq; dimicationem:nec alia re quam uelocitate tutātes ſe ī caſtra re/
fugerunt.Vno deinde intermiſſo die cum omnibus copiis equitum leuiſq; armaturæ rex pugnaturus
eſſet:nocte cetratos:quos peltas uocant:loco opportuno inter bina caſtra in inſidiis abdiderat: præcepe
ratq; Athenagoræ & equitibus:ut ſi aperto prælio ꝓcederet res:uterētur fortuna:ſi minus cedēdo ſen/
ſim ad inſidiaꝝ locum hoſtem pertraherēt:& equitatus quidem ceſſit:duces cetratæ cohortis nō ſatis
expectato ſigno ante tēpus excitatis ſuis occaſionē bene gerendæ rei amiſere:romanus & aperto prælio
uictor & tutus a fraude inſidiaꝝ ad caſtra ſeſe recepit.Poſtero die omnibus copiis conſul ī aciem deſcen
dit ante prima ſigna locatis elephantis:quo auxilio tum primum romani:quia captos aliquot bello pu
nico habebāt:uſi ſunt:ubi latentē intra uallū exprobrans metū ſucceſſit:poſtea quam ne tum quidem
poteſtas pugnandi dabatur:quia ex tam propinquis ſtatiuis parū tuta frumētatio erat: diſperſos mili/
tes per agros eqtibus extemplo inuaſuris octo ferme inde millia interuallo tutiorem frumentationem
Philip/po cōſi/liū ī op/primen dis Ro. frumē/tatori/bus
habiturus:caſtra ad Atabolum id eſt loco nomen mouit.Cū ī propīquo frumētarentur agro romani:
primo rex ītra uallum ſuos tenuit:ut creſceret ſimul & negligētia cum audacia hoſti: ubi effuſos uidit
cum omni equitatu & cretenſiū auxiliaribus quantū equitem uelociſſimi pedites curſu æquare pote/
rant:citato profectus agmine īter caſtra romana & frumentatores cōſtituit ſigna:īde copiis diuiſis par/
tim ad conſectādos uagos frumentatores emiſit:dato ſigno nequem unum relinquerent:cū parte ipſe
ſubſtitit:itineraq;:quibus ad caſtra recurſuri uidebantur hoſtes:obſedit.Iam paſſim cædes & fuga erat
nec dum quiſquam in caſtra romana nuncius cladis peruenerat:quia refugientes in regiam ſtationem
incidebant:& plures ab obſidentibus uias quam ab emiſſis ad cædem interficiebantur:tandē inter me
dias ſtationes elapſi quidam trepidi tumultū magis quā certum nunciū intulerunt caſtris. Conſul eqti
bus iuſſis qua quiſq; poſſet opē ferre laborantibus:ipſe legiones e caſtris educit:& agmine quadrato ad
hoſtē ducit.Diſperſi equites ꝑ agros qdam aberrārunt decepti clamoribus aliis ex alio exiſtentibus lo/
co:pars obuios habuerūt hoſtes:pluribus locis ſimul pugna oritur.Regia ſtatio atrociſſimū prælium
ædebat:nam & ipſa multitudine equitū peditumq; prope iuſta acies erat:& romanoꝝ: quia medium
obſederat iter:plurimi ī eā īferebātur:eo quoq; ſupiores macedōes erāt:q̄d & rex ipſe hortator aderat:
& cretēſiū auxiliares multos ex īprouiſo uulnerabāt cōferti ꝑparatiq; ī diſperſos & effuſos pugnantes.

Quod ſi modū in ſequēdo habuiſſent:nō in p̄ſentis modo certaminis gloriam:ſed in ſummā etiā belli
profectum foret:nūc auiditate cædis intēperantius inſecuti in ꝑgreſſas cū tribunis militū cohortes ro/
manas incidere:& fugiēs eques:ut prio ſigna ſuoꝝ uidit:cōuertit ī effuſos hoſtes equos:uerſaq; momē
to tēporis fortuna pugnæ ē:terga dantibus q modo ſecuti erant:multi cōminus cōgreſſi multi fugien/
tes interfecti:nec ferro tantū ꝑiere:ſed in paludes quidam cōiecti profundo limo cum ipſis equis hauſti
ſunt:Rex quoq; in ꝑiculo fuit:nam ruente ſaucio equo p̄ceps in terram datus haud multū abſuit:qn ia
cens opprimeretur:ſaluti fuit eques:qui raptim ipſe deſiluit:pauidumq; regē ī equū ſubiecit:ipſe cū pe/
des æquare curſu fugiētes nō poſſet eqtes:ab hoſtibus ad caſum regis cōcitatis confoſſus periit.Rex cir
cunuectus ꝑ paludes peruias inuiaſq; trepida fuga ī caſtra tandē iam deſperantibus plæriſq; incolumē
euaſurum ꝑuenit.Ducēti macedonum equites eo p̄lio periere:cētum ferme capti.lxxx.admodum or/
nati equis ſpoliiſq; ſimul armorum relictis abducti.Fuerunt:qui hoc die regē temeritatis:conſulē ſegni
tiæ accuſarēt:nam & Philippo quieſcēdum fuiſſe:cū paucis diebus hoſtes exhauſto circa omni agro ad Philip/
ultimū inopiæ uēturos ſciret:& conſulē cum equitatū hoſtium leuēq; armaturam fudiſſet:ac prope re pi equ/
gem ipſum cepiſſet:protinus ad caſtra hoſtium ducere debuiſſe: nec enim manſuros ita pulſos hoſtes us cor/
fuiſſe:debellatiq; momēto tēporis potuiſſe.Id dictū:quā re ut plæraq; facilius:nam ſi omnibus peditū ruit
quoq; copiis rex congreſſus fuiſſet:forſitan inter tumultū cum oēs uicti metuq; ꝑculſi ex p̄lio intra ual
lum:protinus inde ſuperuadentē in munimēta uictorē hoſtēq; fugerent:exui caſtris potuerit rex:cum
uero integræ copiæ peditū in caſtris manſiſſent:ſtationes ante portas p̄ſidiaq; diſpoſita eēnt: quid niſi:
ut temeritatē regis effuſe paulo ante ſecuti ꝑculſos equites imitaretur:profeciſſet? neq; enim ne regis q/
dem primū conſiliū:quo īpetum in frumētarios romanos palatos ꝑ agros fecit:reꝑhendēdum foret:ſi
modū proſperæ pugnæ īpoſuiſſet:eo quoq; minus ē mirum tēptaſſe eum fortunam : quod fama erat
Pleuratum dardanoſq; ingētibus copiis profectos domo iam in Macedoniam tranſcēdiſſe : quibus cū
undiq; circūuentus copiis foret:ſedētem romanū debellatuꝝ credi potuerit.Itaq; ſecundum duas ad/
uerſas equeſtris pugnas:multominus tutā morā in his ſtatiuis fore Philippus ratus:cum abire inde &
fallere abiens hoſtem uellet:caduceatore ſub occaſum ſolis miſſo ad conſulem:qui inducias ad ſepelien
dos peteret:fruſtratus hoſtē ſecunda uigilia multis ignibus per tota caſtra relictis:ſilenti agmine abiit.
Corpus iam curabat cōſul:cū ueniſſe caduceatorē:& quid ueniſſet:nunciatū ē.Reſpōſo tamē dato ma/
ne poſtero die fore copiā cōueniēdi:id qd' q̄ſitum erat:nox dieiq; īſeq̄ntis pars ad p̄cipiēdum iter Philip
po data ē:montes quoq;:quā uiā non īgreſſuꝝ graui agmīe romanum ſciebat:petit.Cōſul prima luce
caduceatore datis īduciis dimiſſo:haud ita multo poſt abiiſſe hoſtē cū ſenſiſſet:ignarus qua ſeq̄retur:iiſ/
dem ſtatiuis frumētādo dies aliquot cōſumpſit.Stuberrā deīde petit:atq; ex Pelagonia frumētū: quod
in agris erat:cōuexit:īde ad Pluuinā ē progreſſus nōdū cōperto quā regionē hoſtes petiſſent.Philippus
cum prio ad Bruannā ſtatiua habuiſſet:ꝓfectus īde trāſuerſis limitibus terrorē p̄buit ſubitū hoſti:mo
uere itaq; ex Pluuina romani:& ad oſpagū flumen poſuerūt caſtra.Rex haud ꝓcul īde & ipſe uallo ſup
ripam amnis ducto.Erigoniū īcolæ uocāt:tēdit:inde ſatis compto Erduacā petituros romanos ad oc/
cupandas anguſtias:ne ſupare hoſtes arctis faucibus īcluſum aditū poſſent:p̄ceſſit:ibi alia uallo:alia foſ
ſa:alia lapidum congerie ut pro muro eēnt:alia arboribus obiectis:ita ut locus poſtulabat : aut materia
ſuppeditabat:ope ꝑmuniit:atq; ut ipſe rebatur uiam ſuapte natura difficilē:obiectis ꝑ oēs tranſitus opi
bus inexpugnabilē fecit.Erant plæraq; ſilueſtria circa īcōmoda phalangi maxime macedonum:quæ ni
ſi ibi ꝑlongis haſtis uelut uallū ante clypeos obiecit:quod ut fiat:libero cāpo opus ē:nullius admodum
uſus ē:thracas quoq; rumpheæ ingētis & ipſæ longitudinis īter obiectos undiq; ramos īpediebāt: cre/
tenſium una cohors nō inutilis erat:ſed ea quoq; ipſa:ut ſiquis īpetum faceret:in patētem uulneri equū
equitemq; ſagiptas coniicere poterat:ita aduerſus ſcuta romana nec ad traiiciēdum ſatis magnam uim
habebat:nec apti quicquā erat:quod peteret itaq; id ut uanum tæli genus ſenſerunt eēt:ſaxis paſſim to
ta ualle iacētibus inceſſabant hoſtem:ea maiore cum ſonitu quā uulnere ullo pulſatio ſcutoꝝ parumꝑ
ſuccedentes romanos tenuit:deīde iis quoq; ſpretis partim teſtudīe facta ꝑ aduerſos uadūt hoſtes: par/
tim breui circuitu:cum ī iugum collis euaſiſſent:trepidos ex p̄ſidiis ſtationibuſq; macedonas deturbāt
& ut ī locis īpeditis difficili fuga:plæroſq; etiam obtrūcāt:ita anguſtiæ mīore certamīe:quam qd' aīs ꝓ
poſuerāt:ſupatæ:& ī Erduacam ꝑuentū:ubi ꝑuaſtatis paſſim agris ī Elimiam ſe recepit.īde īpetum in
Oreſtidem fecit:& oppidū Celetrū ē aggreſſus ī peninſula ſitū:lacus mœnia cingit anguſtiis faucibus: Mace/
unde ex continēti iter ē:primo ſitu īpo fræti clauſis portis impium abnuere:deīde poſteaquam ſigna donū
ferri:ac teſtudīe ꝓcedi ad portam:obſeſſaſq; fauces agmine hoſtium uiderunt:priuſq̄ expirentur certa fuga
men:metu in deditionē uenerūt:Ab Celetro in daſſa retios ꝓceſſit:urbēq; Pelium ui cepit.Seruitia īde
cum cætera turba abduxit:& libera capita ſine p̄tio dimiſit:oppidumq; iis reddidit p̄ſidio ualido impo
ſito:nam & ſita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniā faciēdos.Ita ꝑagratis hoſtiū agris con/
ſul ī loca iam pacata ad Apolloniā:unde ortū bellum erat:copias reduxit.Philippum auerterāt ætoli:&
acarnanes:& dardani:& tot bella repente alia ex aliis locis exorta.Aduerſus dardanos iā recipientes ex
Macedonia ſeſe Athenagorā cū expeditis peditibus ac maiore parte eqtatus miſit:iuſſum inſtare ab ter
go abeuntibus:& carpēdo poſtremū agmen ſegniores eos ad mouēdos domo exercitus efficere.Aeto/
lis Democritus prætor:qui more ad decernēdum bellum ad Naupactum auctor fuerat : idem proxīo
concilio ad arma cōciuerat:poſt famam equeſtris ad Eccalobum pugnæ dardanoruq; & Pleurati cum
illyricis tranſitum in Macedoniā:ad hæc claſſis romanæ aduētū ī Oreū & ſuper circūfuſas tot Macedo

niæ gentes maritimam quoq; inſtantē obſidionē:hæ cauſæ Democritū ætoloſq; reſtituerant romanis
& Aminandro rege athamanū adiuncto profecti Cerciniū obſidere:clauſerant portas incertū ui an uo-
luntate:quia regium habebant præſidiū:cæteꝝ intra paucos dies captū ē Cercinium atq; incēſum: qui
ſupfuerunt e magna clade:liberi ſeruiq; inter cæteram prædam abducti.Is timor omnis:qui circunco-
Boebe palus
lunt boeben paludē relictis urbibus montes coegit petere.Aetoli inopia prædæ inde auerſi in Perrhe-
biam ire ꝑgunt:Cirecias in uia capiunt:fœdeq; diripiunt:qui Maleam incolunt uoluntate in deditionē
ſocietatēq; accepti.Ex Perrhebia Gomphos petēdi Aminander auctor erat:& īminet Athamania huic
urbi:uidebaturq; expugnari ſine magno certamine poſſe:ætoli campos Theſſaliæ opimos ad prædam
petiere:ſequēte quāquam non probante Aminandro:nec effuſas populationes ætolorū:nec caſtra:quo
ſors tuliſſet loco:ſine ullo diſcrimine ac cura muniēdi poſita:itaq; ne temeritas eorum negligētiaq; ſibi
ac ſuis etiam cladis alicuius cauſa eēt:cum campeſtribus locis ſubiiciētes eos caſtra Phecado urbi uide-
ret:ipſe paulo plus quingētorum paſſuum inde tumulum ſuis quāuis leui munimēto tutum cepit.Cū
ætoli niſi quod populabantur:uix meminiſſe uiderētur ſe in hoſtiū agro eē:alii palati ſemiermes uaga-
rentur:alii in caſtris ſine ſtationibus ꝑ ſomnum uinumq; dies noctibus æquarent.Philippus inopinan
tibus aduenit:quem cum adeſſe refugiētes ex agris quidam pauidi nunciaſſent:trepidare Democritus
cæteriq; duces:& erat forte meridianū tempus:quo plæriq; graues cybo ſopiti iacebant:excitare igitur
alii alios:iubere arma capere:alios dimittere ad reuocādos:q palati ꝑ agros prædabantur: tātaq; trepida
tio fuit:ut ſine gladiis qdā equitū exirent:loricas plæriq; non induerent:ita raptim educti cum ſexcēto
rum ægre ſimul eqtes pediteſq; numeꝝ expleſſent:īcidunt in regiū equitatū numero animis armiſque
præſtantē.Itaq; prīo īpetu fuſi:uix temptato certamine turpi fuga repetunt caſtra:cæſi captiq; quidam:
quos equites ab agmine fugiētium intercluſere.Philippus ſuis iam uallo appropinquātibus receptui ca
ni iuſſit:fatigatos enim equos uiroſq; nō tam prælio:quam itineris ſimul longitudine:ſimul prepropē
ra celeritate habebat.Itaq; turmatim equites inuicemq; manipulos leuis armaturæ aquatū ire & pran-
dere iubet:alios ī ſtatione armatos retinet:opperiens agmē peditū tardius ductum propter grauitatem
armorum:quod ubi aduenit:& ipſis imperatū:ut ſtatutis ſignis armis ante ſe poſitis raptim cybum ca
perent:binis terniſue ad ſummū ex manipulis aquādi cauſa miſſis.Interim eques cū leui armatura pa-
ratus inſtructuſq; ſtetit:ſiqd hoſtis moueret:ætoli iam enim & quæ ꝑ agros multitudo ſparſa fuerat:
receperant ſe ī caſtra ut defenſuri munimēta:circa portas uallumq; armatos diſponunt:dū quietos ho-
ſtes ipſi feroces ex toto ſpectabant:poſteaquā mota ſigna macedonū ſunt:& ſuccedere ad uallum parati
atq; inſtructi cœpere:oēs repēte relictis ſtationibus per auerſam partē caſtrorū ad tumulum ad caſtra
athamanū perfugiunt:multi ī hac quoq; tā trepida fuga capti cæſiq; ſunt ætoloꝝ.Philippus:ſi ſatis diei
ſupereſſet::nō dubius quin athamanes quoq; exui caſtris potuiſſent:die per prælium:deinde per dire-
Etho-lorum fuga
ptionem caſtroꝝ abſumpto:ſub tumulo in proxima planicie conſedit:prima luce inſequentis diei ho-
ſtem aggreſſurus:ſed ætoli eodem pauore:quo ſua caſtra relinquerant:nocte proxīa diſperſi fugerunt.
Maxime uſui fuit Aminander:quo duce athamanis itinerum peritis ſummis montibus ꝑ calles igno-
tos ſequētibus eos hoſtibus in Aetoliā ꝑduxerūt:haud ita multos in diſperſa fuga error intulit in mace
donū equites:quos luce prīa Philippus:ut deſertū tumulū uidit:ad carpendū hoſtiū agmen miſit.Per
eos dies & Athenagoras regius præfectus dardanos recipientes ſe ī fines adeptus poſtremū agmen pri
mo turbauit:deinde poſteaquā dardani cōuerſis ſignis direxere aciē:æqua pugna iuſto prælio erat:ubi
rurſus procedere dardani cepiſſent:equite & leui armatura regii nullū tale auxilii genus habētes darda-
nos oneratos īmobilibus armis uexabāt:& loca ipſa adiuuabāt:occiſi perpauci ſunt:plures uulnerati:ca
ptus nemō:quia nō excedūt temere ordinibus ſuis:ſed cōfertim & pugnāt:& cedunt.Ita damna roma
no accepta bello duabus peropportunas expeditiones coercitis gētibus reſtituerat Philippus incœpto
forti non proſpo ſolum euētu.Minuit deinde ei forte oblata res hoſtium ætolorū numerum : Scopas
princeps gētis ab Alexādria magno cū pōdeř auri ab rege Ptolemæo miſſus:ſexmillia peditū & eqtes
mercede conductos Aegyptū aduexit:nec ex iuuētute ætoloꝝ quēquā reliquiſſet:ni Democritus nūc
belli:quod inſtaret:nunc futuræ ſolitudinis admonēs incertū cura gētis an aduerſaret Scopæ : parum
donis cultus:partē iuniorum caſtigando domi continuiſſet.Hæc ea æſtate ab romanis Philippoq; ge-
Orato-rū uis athenis
ſta erant.Claſſis ab Corcyra eiuſdē principio æſtatis cum.L.Apuſtio legato ꝓfecta:Malea ſupata circa
Scyllæum agri hermionici Attalo regi coniuncta ē.Tum uero atheniēſium ciuitas cui odio in Philip-
pum ꝑ metus iā diu moderata erat:id oē ī auxilii p̄ſentis ſpē effudit:nec unquā ibi deſunt līguæ prō-
ptæ ad plebē concitandam:quod gēus tum ī omnibus liberis ciuitatibus tum p̄cipue Athenis:ubi ora
tio plurimum pollet:fauore multitudinis:alitur:rogationē extēplo tulerūt:plebeſq; ſciuit : ut Philippi
ſtatuæ imagines omnes:nominaq; eaꝝ:itē maiorū eius uirilis ac muliebris ſexus omnium tollerētur
delerenturq; dies feſti ſacra:ſacerdotes:quæ ipſius maiorumue eius honoris cauſa inſtituta eēnt:omnia
profanarēt:loca quoq; in quibus poſitum aliquid in ſcriptumue honoris eius cauſa fuiſſet : deteſtabilia
eſſent:neq; in iis quicquam poſtea poni dedicariq; fas eſſet:ſacerdotes publicos quotieſcunq; ꝓ populo
Atheniensiū decretū in Philippum
athenienſi ſociiſq; & exercitibus & claſſibus eoꝝ præcarētur:totiens deteſtari atq; execrari Philippum:
liberos eius regnūq;:terreſtres naualeſq; copias:macedonum genus oē nomēq;:additū decreto:ſiqd po
ſtea ad notam:ignominiamq; Philippi ꝑtineret: ferretur:id omne populum Athenienſem iuſſurum:
ſiquis contra ignominiam proue honore eius dixiſſet:feciſſetue : qui occidiſſet eum:iure cæſurum:po
ſtremo incluſum ut omnia quæ aduerſus piſiſtratidas decreta quondam erant:eadem in Philippo ſer-

uarentur. Athenienſes quidem litteris uerbiſq;:quibus ſolis ualent:bellum aduerſus Philippum gere/
bant. Attalus romaniq; cum Pyræũ primo ab Hermione petiſſent:paucos ibi morati dies: oneratique
æque ĩmodicis ad honores ſociorum:atq; in iram aduerſus hoſtem fuerant athenienſiũ decretis:naui/
garunt a Pyræo Andrum:& cũ ĩ portũ:quem Gaureleon uocant:conſtitiſſent:miſſis q temptarent op
pidanoꝝ animos:ſi uoluntate tradere urbẽ:quã uim experiri mallent:poſteaq̃ præſidio regio arcẽ tene
ri:nec ſe poteſtatis ſuæ eẽ reſpondebant:expoſitis copiis:apparatuq; omni urbiũ oppugnandarũ: diuer
ſis partibus rex & legatus romanus ad urbem ſubeunt. Plus aliquanto græcos Romana arma ſignaq;
non ante uiſa:animiq; tã prompte ſuccendentiũ muros terruere:itaq; fuga extemplo ĩ arcem facta ẽ ur
be hoſtes potiti:& in arce cum biduum loci ſe magis:quã armoꝝ fiducia tenuiſſent:tertio die pacti:ipſi
præſidiumq; ut cum ſingulis ueſtimentis Delium Boetiæ trãſueherẽtur:& ab romanis regi Attalo cõ/
ceſſa præda:ornamẽtaq; urbis ipſi auexerãt. Attalus ne deſertã haberet ĩſulam:& macedonum fere oĩ/
bus & quibuſdam andriorum:ut manerent:perſuaſit:poſtea & ab Delio:qui ex pacto traiecti eo fuerãt
promiſſis regis:cũ deſyderiũ quoq; patriæ facilius ad credendum ĩclinaret animos:reuocati ab Andro
Cydnũ traiecerunt:ibi dies aliquot oppugnãda urbe neqcquã abſumpti:& quia uix operæpretiũ erat:
abſceſſere ad Praſſias continẽtis Tanticeris locus eſt:iſſeorum.xx.lembi claſſe romanoꝝ adiuncti ſunt:
ii miſſi ad populãdos caryſtioꝝ agros:cætera claſſis Geraſtrum nobilẽ Euboeæ portum:dum a Cary/
ſto iſſei redirent:tenuit. Inde oẽs uelis ĩ altũ datis maris medio præter Scyrum ĩſulam Icum peruenere
ibi paucos dies ſæuiente borea retenti. Vbi prima tranquillitas data ẽ. Sciatũ traiicere uaſtatam urbem
direptamq; nuper a Philippo:per agros palati milites frumentum:& ſiqua alia uſui eſſe ad ueſcendum
poterant:ad naues rettulere:prædæ nec erat quicquam:nec meruerant græci:cur diriperẽtur. Inde Caſ/
ſandream petẽtes primo ad Mendiũ maritimũ ciuitatis eius uicum tenuere: inde cum ſuperato ꝓmõ
torio ad ipſa mœnia urbis circũagere claſſem uellent:ſæua coorta tempeſtate ꝓpe obruti fluctibus:di/
ſperſi magna ex parte amiſſis armamentis in terram effugerunt:omen quoq; ea maritima tempeſtas
ad rẽ terra gerendam fuit: nam collectis in unum nauibus:expoſitiſq; copiis aggreſſi urbem cum mul
tis uulneribus repulſi:& erat ualidum ibi regium præſidium:irrito incœpto regreſſi Canaſtreum Pal/
lenes traiecere:inde ſuperato Coronæ promontorio nauigantes Acanthum petiere:ibi primo ager ua/
ſtatus: deinde ipſa urbs ui capta atque direpta:nec ultra progreſſi:iam enim & graues præda naues ha
bebant:retro unde uenerant Sciatum: & ab Sciato Euboeam repetũt. Ibi relicta claſſe decem nauibus
expeditis ſinum maliacum intrauere ad colloquendum cum ætolis de ratione gerendi belli. Sipyrrhi/
cas ætolus princeps legationis eius fuit:qui ad communicanda conſilia Heracleam cum rege & cũ Ro/
mano legato uenit:petitum ex fœdere ab Attalo eſt:ut mille milites præſtaret:tãtum enim numerum
bellum gerentibus aduerſus Philippum debebat. Id negatum ætolis:quod illi quoq; grauati prius eſ/
ſent:ad populandam Macedoniam exire:quo tempore Philippo circa Pergamum urente ſacra profa/
naq;:abſtrahere eum inde reſpectu rerum ſuarum potuiſſent:ita ætoli cum ſpe magis romanis omnia
pollicẽtibus:quam cum auxilio dimiſſi: Apuſtius cum Attalo ad claſſem rediit:inde cõſultari de Oreo
oppugnando cœptum:ualida ea ciuitas & mœnibus:& quia ante fuerat temptata:firmo erat præſidio:
coniunxerant ſe iis poſt expugnationem andri cum præfecto Ageſimbro.xx.rhodiæ naues tectæ om/
nes:eam claſſem in ſtationem ad Zelaſium miſerunt iſthmiæ:id ſuper Demetriadem promõtorium
eſt peropportune obtectum:ut ſiquid inde mouerent:macedonum naues in præſidio eſſent. Heracli/
des præfectus regius claſſem ibi tenebat:magis per occaſionem:ſi quam negligentia hoſtium dediſſet:
quam aperta ui quicquam auſurus. Oreum diuerſi Romani & rex Attalus oppugnabãt:Romani a ma
ritima arce:regii aduerſus uallem inter duas iacentem arces:qua & muro interſepta urbs eſt: & ut loca
diuerſa ſic diſpari modo oppugnabant. Romani teſtudinibus & uineis & ariete admouendo muris:re
gii baliſtis catapultiſq; & omni alio genere tormentorum tæla ingerentes:& pondere ĩgenti ſaxa iacie/
bant & cuniculos:& quicquid aliud priore expugnatione expertum profuerat:cæterum non plures tã/
tum macedones:quam ante tuebantur urbem:ſed etiam præſentioribus animis & caſtigationibus re/
gis in admiſſa culpa:& ſimul minarum ſimul promiſſionum in futurum memores:ita ut parum ĩ ex/
pugnatione celeri ſpei eſſet. Interim & aliud agi poſſe ratus legatus:relictis:quod ſatis uidebatur:ad ope
ra perficienda militibus traiicit in proxima continentis:Lariſſamq; non illam in Theſſalia nobilem ur
bem:ſed alteram:quam Cremaſten uocant:ſubito aduentu præter arcem cepit. Attalus quoq; Aegeleõ
nihil minus quam tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus oppreſſit. Et iam cum
opera in effectu erant circa Oreum:tum præſidium quod intus erat:labore aſſiduo uigiliis diurnis pa/
pariter nocturniſq; & uulneribus confectum:muri quoq; pars ariete incuſſo ſubruta multis iam locis
prociderat:perq; apertum ruina iter nocte romani:quodq; ſuper portum eſt:in arcem perruperunt. At
talus luce prima ſigno ex arce dato ab romanis & ipſe urbẽ inuaſit ſtratis magna ex parte muris: p̄ſidiũ
oppidaniq; ĩ arcẽ alterã ꝑfugere:unde biduo poſt deditio facta:urbs regi captiua:corpa romanis ceſſẽr.

Iam autumnale equinoctium inſtabat: & eſt ſinus euboicus: quem Coera uocant: ſuſpectus nau/
tis: itaque ante hyemales motus euadere inde cupientes Pyræum:unde profecti ad bellum erant:repe
tunt. Apuſtius triginta nauibus ibi relictis ſuper Maleum nauigat:apud Corcyram regem ſpatium ini
tiorum Cereris: ut ſacris intereſſet: tenuit:ſecundum initia & ipſe in Aſiam ſe recepit Ageſimbro &
rhodiis domum remiſſis. Hæc ea æſtate terra mariq; aduerſus Philippum ſocioſq; eius a conſule & le/
gato romanis adiuuantibus rege Attalo & rhodiis geſta. Conſul alter. C. Aurelius ad confectũ bellum:

Sciatũ Roma/na claſ/ſis iacta tur tẽ/peſtate

Orei op pugna/tio

Oreũ capitur

Initia

cum in prouinciam ueniſſet:haud clam tulit iram aduerſus prætorem:quod abſente ſe rem geſſiſſet.
miſſo igitur eo in Ethruriam ipſe in agrum hoſtium legiones induxit:populandoque cum præda ma
iore:quā gloria bellum geſſit.Lucius Furius ſimul:quod in Ethruria nihil erat rei:quod gereret: ſimul
gallico triumpho imminens quem abſente conſule irato atqꝫ inuidente facilius impetrari poſſe ratus:
Romam inopinato cum ueniſſet:ſenatum in æde Bellonæ habuit:expoſitiſqꝫ rebus geſtis:ut triūphan
ti ſibi in urbem inuehi liceret:petit. Apud magnam partem ſenatus & magnitudine rerum geſtarum
ualebat:& gratia:maiores natu negabant triumphum:& quod alieno exercitu rem geſſiſſet:& quod ꝓ
uinciam reliquiſſet utilitate rapiendi per occaſionem triumphi:id uero eum nullo exemplo feciſſe:cō/
ſulares præcipue expectandum fuiſſe conſulem dicebant:potuiſſe enim caſtris prope urbem poſitis: tu
tanda colonia ita ut acie non decerneret.in aduentum eius rem extrahere:& quod prætor non feciſſet:
ſenatui faciendum eſſe:conſulem expectare:ubi coram diſceptantes conſulem & prætorem audiſſent:
uerius de cauſa exiſtimaturos eſſe:Magna pars ſenatus nihil præter res geſtas:& an ī magiſtratu ſuis qs
auſpiciis geſſiſſet:cenſebant ſpectare ſenatum debere:ex duabus coloniis:quæ uelut clauſtra ad cohibē/
dos gallicos tumultus oppoſitæ fuiſſent:cum una direpta & incenſa eſſet:traiecturumqꝫ id incendium
uelut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam eſſet:quid tādem prætori faciēdū
fuiſſe? nam ſi ſine conſule geri nihil oportuerit:aut ſenatum peccaſſe:qui exercitum prætori dederit:po
tuiſſe enim:ſi non cum prætoris:ſed conſulis exercitu rem geri uoluerit:ita finire ſenatuſconſultum:ne
per prætorem:ſed conſulem gereretur:aut conſulis:qui non cum exercitu ex Ethruria tranſire in Gal/
liam iuſſiſſet:ipſe Ariminini occurreret:ut bello intereſſet:quod ſine ego geri fas non eſſet:non expe/
ctare belli tempora:moras:& dilationes imperatorum:& pugnandum eſſe interdum : non quia uelis:
ſed quia hoſtis cogat:pugnam ipſam euentumqꝫ pugnæ ſpectari debere:fuſos cæſoſqꝫ hoſtes:caſtra ca/
pta & direpta:coloniam liberatam obſidione:alterius coloniæ captiuos recuperatos reſtitutoſqꝫ ſuis:de
bellatum uno prælio eſſe.Non homines tantum ea uictoria lætatos:ſed diis quoqꝫ immortalibus per
triduum ſupplicationes habitas:quod bene ac feliciter non quod male ac temere reſpublica a Lucio Fu
rio prætore geſta eſſet:data etiam fato quodā furiæ genti gallica bella.Huius generis orationibus ipſius
amicorumqꝫ uicta eſt præſentis gratia prætoris:abſentis conſulis maieſtas: triumphumque frequētes

L.Furii trium/ phus

Lucio Furio decreuerunt. Triumphauit de gallis in magiſtratu Lucius Furius prætor : in ærarium tu/
lit trecentumuiginti millia æris:argenti centumſeptuaginta millia pondo:neqꝫ captiui ulli ante currū
ducti:neqꝫ ſpolia prælata:neqꝫ milites ſecuti omnia præter uictoriam penes conſulem eē apparebat.Lu
di deinde a.P.Cornelio Scipione:quos conſul in Africa uouerat:magno apparatu facti:& de agris mili/
tum eius decretum:ut quot quiſqꝫ eorum annos in Hiſpania:aut in Africa militaſſet:ī ſingulos annos
bina iugera acciperet:cum agrum decēuiri aſſignarent. Triumuiri inde creati ad ſupplendum uenuſi/
nis colonorum numerum:quod bello Annibalis attenuatæ uires eius coloniæ erant.C.Terentius Var
ro.T.Quintius Flaminius.C.Cornelius.C.Filius Scipio:ii colonos Venuſiam aſcripſerunt.Eodem an
no.C.Cornelius Cethegus:qui proconſul Hiſpaniam obtinebat:magnum hoſtium exercitum ī agro

Romanorum uictoria ī hiſpāia

ſedetano fudit:quindecim millia Hiſpanorum eo prælio dicunt cæſa:ſigna militaria capta octo &.lxx.
C.Aurelius conſul cum ex prouincia Romam comitiorum cauſa ueniſſet:ut id nouit:quod animis ꝑ/
ceperat:queſtus eſt non expectatum ſe ab ſenatu:neqꝫ diſceptandi cum prætore conſuli poteſtatem fa/
ctam:ſed ita triumphum decreuiſſe ſenatum ut nullius niſi eius:qui triumphaturus eſſet : aut eorum:
qui bello interfuiſſent:uerba audiret:maiores ideo inſtituiſſe ut legati tribuni militum centuriones mi
lites deniqꝫ triumpho adeſſent:ut uirtutes rerum geſtarum eius:cui tantus honos haberetur : publice
uiderentur:neqꝫ ex eo exercitu:qui cum gallis pugnauerit:militem unum ſaltem fuiſſe:quem percun/
ctari poſſet ſenatus:quid ueri prætor uanjue referret.Comitiis deinde diem indixit:quibus creati ſunt

L.Cornelius A.Iulio conſ.

conſules.L.Cornelius Lentulus.A.Iulius Apulus:prætores inde facti.L.Quintius Flaminius.L.Vale/
rius Flaccus.L.Iulius Tappalus.C.Bebius Tamphilus.Annona quoqꝫ eo ano peruilis fuit:frumenti ui
magnam ex Africa aduectam:ædiles curules.M.Claudius Marcellus:&.Sex.Elius Pætus binis æris in
modios populo diuiſerunt:& ludos romanos cum magno apparatu fecerunt:diem unum inſtaurarūt
ſigna ahenea quinque ex multaticio argento in ærario poſuerunt: Plebei ludi ab ædilibus.L.Terentio
Maſſo:&.C.Bebio Tamphilo:quem prætorem deſignauerant:ter toti īſtaurati:& ludi funebres eo an
no per quatriduum in foro mortis cauſa Valerii Lauinii a.P.&.M.filiis eius facti:& munus gladiatoriū
datum ab iis:paria quinque & uiginti pugnarunt.M.Aurelius Cotta decemuir ſacrorum mortuus:in
eius locum.M.Acilius Glabrio ſuffectus.Comitiis ædiles curules creati ſunt forte ambo:qui ſtatim ac
cipere magiſtratum non poſſent:nam Cornelius Cethegus abſens creatus erat :cum Hiſpaniam obti
neret prouinciam . Valerius Flaccus:quem præſentem creauerant:quia flamendialis erat:iurare in le/
ges non poterat : magiſtratus autem plus quinque dies:niſi qui iuraſſet in leges non licebat gerere.Pe/
tente Flacco ut legibus ſolueretur : ſenatus decreuit : ut ſibi ædilis : qui pro ſe iuraret : arbitratu conſu
lum daretur : conſules : ſi eis uideretur : cum tribunus plebis agerent:uti ad plebem ferrent . Datus q
iuraret pro fratre.L.Valerius Flaccus prætor deſignatus : tribuni ad plebem tulerunt: plebeſqꝫ ſciuit:
ut perinde eſſet:ac ſi ipſe ædilis iuraſſet : & de altero ædile plebiſcitum eſt factum rogantibus tribu/
nis:quos duos in Hiſpaniam cum imperio ad exercitum ire iuberent:ut Cornelius ædilis curulis ad
magiſtratum gerendum ueniret:&.L.Manlius Acidius decederet de prouīcia.Multos poſt annos ple/
bes Cornelio Lentulo:&.L.Tercinio proconſulibus imperium eſſe ī Hiſpania iuſſit.

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO. LIBER SECVNDVS.

CONSVLES Prætoreſq; cum idibus martiis magiſtratũ iniſſent: prouin
cias ſortiti ſunt.P.Lentulo Italia.P.Iulio Macedonia ꝑtoribus.L.Quĩtio
urbana.C.Bebio Ariminũ.L.Valerio Sicilia.L.Iulio Sardinia euenit.Len
tulus conſul nouas legiones ſcribere iuſſus.Iulius a ꝓcõſule Sulpicio exer
citum accipere:ĩ ſupplementum eius:quantũ militũ uideretur:ut ſcribe/
ret:ipſi permiſſum.Prætori Bebio legiones:quas.C.Aurelius conſul ha/
buiſſet:ita decretæ:ut retineret eas:donec conſul nouo cum exerciru ſuc/
cederet in Gallia:ubi is ueniſſet:omnes milites exauctorati domũ dimit/
terentur ꝑter quinquemillia ſociũ:his obtineri circa Ariminũ prouĩciam
ſatis eẽ.Prorogato imperio prætoribus prioris anni Sergio:ut militibus:
qui ĩ Hiſpania:Sicilia:Sardinia ſtipẽdia ꝑ multos annos feciſſent : agrum
aſſignandũ curaret.Q.Minutio ut Brutiis idem de cõiuratiõibus quæ/
ſtiones:quas prætor cum fide curaq; exercuiſſet:perficeret:& eos quos ſa
crilegii compertos ĩ uinculis Romã m iſiſſet:Locros mitteret ad ſupplicium:quæq; ſublata ex delubro
Proſerpinæ eẽnt:reponenda cã piaculi ſeruaret.Feriæ latinæ pontificũ decreto inſtau ratæ ſunt:quod le
gati ab Ardea quæſti ĩ ſenatu erãt:ſibi in monte albano latinis carnem:ut aſſolet:datã nõ eſſe:ab Sueſſã
nunciatũ eſt duas portas:quodq; ĩter eas muri erat:de cælo tactum:& formiani legati ædẽ Iouis:itẽ ho
ſtienſes ædẽ Iouis:& ueliterni Apollinis & Saturni ædes:& in Herculis æde capillũ enatũ:& ex Brutiis
ab.Qu.Minutio proꝑtore ſcriptũ equũ cũ quinq; pedibus:pullos gallinaceos tres cum ternis pedibus
natos eſſe:inde a Sulpicio procõſule ex Macedonia litteræ allatæ:ĩ quibus ĩter cætera ſcriptũ erat laureã
in puppim nauis lõgæ enatã.Prioꝝ prodigioꝝ cã ſenatus cẽſuerat:ut conſul maioribus hoſtiis:quibus
diis uidereť:ſacrificaret:ob hoc unũ prodigiũ aruſpices ĩ ſenatũ uocati:atq; ex reſpõſo eorũ ſuppli catio
populo in diem unum ædita:& ad oĩa puluinaria res diuinæ factæ.Carthaginẽſes eo anno argẽ tũ ĩ ſti/
pendiũ impoſitum primũ Romã aduexerũt:id qa probum nõ eſſe quæſtores renũciauerant: experien
tibuſq; pars quarta decocta erat:pecunia Romæ mutua ſumpta ĩtertrimentũ argenti ſuppleuerũt: pe/
tentibus deĩde:ut ſi iam uideretur ſenatui:obſides ſibi redderẽtur:centũ redditi obſides:de cæteris:ſi in
fide permanerent:ſpes facta:petentibus iiſdem:qbus non reddebãtur obſides:ut ab Norba:ubi parum
commode eſſent:alio traducerẽtur:conceſſum ut Signiam:& Ferentinũ trãſirent.Gaditanis itẽ petẽti/
bus remiſſum ne præfectus Gadis mitterenť:aduerſus qđ iis ĩ fidẽ Po.Ro.ueniẽtibus cũ Lucio Mar/
tio Septimio cõueniſſent.Et narinẽſiũ legatis querẽtibus ad numeꝝ ſibi colonos non eſſe : & ĩmixtos
quoldã nõ ſui generis ꝓ colonis ſe gerere:eaꝝ reꝝ cã treuiros creare.L.Cornelius cõſul iuſſus:creati.P.
&.Sex.Elii Pætis:fuit ambobus cognomẽ:&.C.Cornelius Lẽtulus.Quod narinẽſibus datũ erat:ut co
lonoꝝ numerus cogeretur:conſani petẽtes nõ ĩpetrauerũt.Rebus:quæ Romæ agẽdæ erant:perfectis:
conſules ĩ prouĩcias profecti.P.Iuliũ ĩ Macedoniã cũ ueniſſet:atrox ſeditio militũ iã ante irritata nec ſa/
tis ĩ prĩcipio compreſſa excepit.Ea militũ fuit:q ex Africa poſt deuictum Annibalem ĩ Siciliam:ĩde an/
no fere poſt ĩ Macedoniã pro uoluntariis trãſportati erãt:id uolũtate factum negabãt ab tribunis recu/
ſantes ĩ naues poſitos:ſed utcũq; ſeu ĩuita:ſeu ſuſcepta foret militia:& iã exhauſtũ & finẽ aliquẽ militã/
di fieri æquũ eẽ.Multis annis ſeſe Italiã nõ uidiſſe:cõſenuiſſe ſub armis ĩ Sicilia Africa Macedonia: cõfe
ctos iã ſe labore ope:exãgues tot acceptis uulneribus eẽ.Cõſul cãm poſtulãdæ miſſiõis ꝓbabilẽ: ſi mo/
deſte petereť:uidere dixit:ſeditiõis:nec eã:nec ullã aliã ſatis iuſtã cãm eẽ.Itaq;:ſi mãere ad ſigna & dicto
parere uelĩt:ſe demiſſiõe eoꝝ ad ſenatũ ſcriptuꝝ:modeſtia facilius quã ꝑtinacia:qđ uelint: ĩpetraturos.
Thaumaſtos eo tpe Philippus ſũma ui oppugnabat aggeribus uineiſq; & iã arietem muris admoturus
erat:cæteꝝ ĩcepto abſiſteř eũ coegit ſubitus ætoloꝝ aduẽtus:q Archidamo duce ĩter cuſtodias Mace/
donũ mœnia ĩgreſſi:nec die:nec nocte finẽ ullũ erũpẽdi nũc ĩ ſtatiões:nũc ĩ opa macedonũ faciebãt : &
adiuuabat eos natura ipſa loci:nãq; thaumaſti a pyleis ſinuq; maliaco ꝑ lamiã eũti loco alto ſiti ſunt in
ipſis faucibus ĩminẽtes:q̃s Coelæ uocãt: Theſſaliæq; trãſeũti cõfragoſa loca ĩplicataſq; flexibus uallium
uias:ubi euẽtũ ad hãc urbẽ ẽ:repẽte uelut maris uaſti ſic ĩmẽſa pãdiť planicies:ut ſubiectos cãpos termi
nare oculis haud facile queas:ab eo miraculo thaumaſti appellati:nec altitudĩe ſolũ tota urbs:ſed qđ ſa
xo undiq; abſciſſo rupibus ĩpoſita ẽ.Hæ difficultates:& qđ haud ſatis dignũ tãti laboris piculiq; ꝑtium
erat:ut abſiſteret ĩcepto Philippus:effecerũt:hyems:quoq; iã ĩſtabat:cũ ĩde abſceſſit:& ĩ Macedoniã in
hyberna copias řduxit.Ibi cæteri qdẽ data q̃tacũq; qete tpis ſimul aĩos corpaq; řmiſerãt. Phillippũ q̃tũ
ab aſſiduis laboribꝫ itineꝝ pugnarũq; laſſauerãt aĩs:tãto magis ĩtẽtũ ĩ uniuerſum euẽtũ belli curæ an/
gunt:nõ hoſtes mõ timẽtẽ q terra mariq; urgebãt:ſed nũc ſocioꝝ:nũc ẽt populariũ aĩos ne & illi ad ſpẽ
amicitiæ romanoꝝ deficerẽt:& macedõas ĩpos cupido nouãdi res capet.Itaq; & ĩ Achaiã legatos miſit:
ſimul q iuſiurãdũ:ita.n.pepigerãt:quotãnos iuraturos ĩ uerba Philippi exigerẽt:ſimul q řdderẽt achæis
Orchomenõ:& Thereã:& Triphyliã:eleis Aliphera cõtẽdẽtibus nũq̃ eã urbẽ fuiſſe ex Triphylia:ſed ſibi
debeř řſtitui:qa una eẽt ex iis:q ad cõdẽdã Megalopoli ex cõcilio arcadũ cõtributæ forẽt:& cũ achæis q
dẽ ꝑ hæc ſocietatẽ firmabat:macedonũ aĩos cũ heraclide:nã cũ eũ maxĩæ ĩuidiæ ſibi eẽ cerneret:multis
criminibꝫ oneratũ ĩ uĩcula cõiecit ĩgẽti populariũ gaudio:bellũ ſi q̃do unq̃ ãte alias cũ magna cura appa
rauit:exercitũq; ĩ armis & macedões:& mercẽnarios milites:ꝑncipioq; ueris cũ oĩa externa auxilia qđq;

ꝓdigia

Philip/
pus ua/
riis cu/
ris angi
tur

leuis armaturæ erat:ī Chaoniam per Epirum ad occupādas:quæ ad Anthigoniā fauces ſunt:ſtēna uo/
cant græci:miſit:ipſe poſt paucis diebus grauiore ſecutus agmine:cū ſitū oēm regionis aſpexiſſet:maxi/
Aous me idoneū locū credidit eē p̄ter amnē aoum:is inter mōtes:quoꝝ alteꝝ meroum:alterū aſnaum inco/
annis læ uocāt:anguſta ualle fluit iter exiguum ſuper ripā p̄bens.Aſnaum Athenagoram cū leui armatura te
nere & cōmunire iubet:ipſe.n.in Aeropo poſuit caſtra:qua abſciſſæ rupes erāt:ſtatio paucoꝝ armatoꝝ
tenebat:quæ minus tuta erāt:alia foſſis:alia uallis:alia turribus muniebat:magna tormentoꝝ etiā uis:
ut miſſilibus procul arcerent hoſtē:idoneis locis diſpoſita eſt.Tabernaculū regiū pro uallo in cōſpecto
maxime tumulo:ut terrorē hoſtibus ſuiſq; ſpem ex fiducia faceret:poſitū.Cōſul per Charopum epiro/
tem certior factus:quos ſaltus cū exercitu inſediſſet rex:& ipſe cum Corcyræ hybernaſſet:uere prīo in
continentē trabeatus ad hoſtem ducere ꝑgit quīquemillia ferme ab regiis caſtris cum abeſſet loco mu/
nito relictis legiōibus:ipſe cū expeditis ꝓgreſſus ad ſpeculanda loca:poſtero die cōſiliū habuit utrū per
inſeſſum ab hoſte ſaltum:qq̄ labor ingens periculumq; proponeret:trāſitū tēptaret:an eodem itinere:
quo priore anno Sulpicius Macedoniā intrauerit:circūduceret copias.Hoc conſiliū ꝑ multos dies agitā
ti nuncius uenit.T.Quītium cōſulē factum:ſortitūq; prouīciā Macedoniā:maturato itinere iā Corcy/
Variatō ram traieciſſe.Valerius Antias ītraſſe ſaltū Iulium tradit:qa recto itinere negerit oībus a rege īſeſſis:ſe/
hiſtorie cutū ualle:per quā mediā fertur aous amnis:ponte raptī facto ī ripam:ī q̄ erāt caſtra regis : trāſgreſſum
acie conflixiſſe:fuſum fugatūq; regem caſtris exutum.xii.millia hoſtium eo p̄lio cæſa:capta duomillia
& ducētos:& ſigna militaria centū.xxxii.eqtes.cc.xxx.ædem ēt Iouis ī eo p̄lio uotā:ſi res proſpere geſta
eſſet:cæteri græci latiniq; auctores:quoꝝ qdem ego legi annales:nihil memorabile a Iulio actum: ite/
grumq; bellum īſequentē cōſulem.T.Quītiū accepiſſe tradunt.Dū hæc ī Macedonia geruntur:conſul
alter.L.Lētulus:q Romæ ſubſtiterat:comitia cēſoribus creandis habuit multis claris petentibus uiris:
creati cēſores.P.Cornelius Scipio Africanus &.P.Elius Pætus.Hi magna īter ſe concordia & ſenatū ſi/
ne ullius nota regebāt:& portoria uænaliū Capuæ Puteoliſq;:itē caſtrum portoriū:quo ī loco nunc op
pidum eſt:fruēdum locarunt:colonoſq; eo trecētos:is.n.numerus finitus ab ſenatu erat:aſcripſerūt: &
ſub Tifatis Capuæ agrum uændiderūt.Sub id tp̄s.L.Manlius Acidinus ex Hiſpania decedens ꝓhibi/
tus a.M.Portio Leca tribuno plebis ne ouans rediret:cum ab ſenatu īpetraſſet:priuatus urbē ingrediēs
M.cc.pondo argēti.xxx.pondo ferme auri ī ærariū tulit.Eodē anno.C.Bebius Pāphilus:q ab.Gn.Au/
relio conſule anni prioris prouīciā Galliā acceperat:temere īgreſſus galloꝝ īſubriū fines prope cū toto
exercitu eſt circūuentus:ſupra ſexmillia & ſexcētos milites amiſit:tāta ex eo bello quod iam timeri de/
ſierat:clades accepta eſt.Ea res.L.Lētulum cōſulem ab urbe exciuit:q ut ī prouīciam uenit plenam tu/
multus:trepido exercitu accepto p̄torē multis probris īcrepitū prouīcia decederea tq; abire Romā iuſ/
Ro.cæ/ ſit:neq; ipſe conſul memorabile qcquā geſſit:comitioꝝ cauſa Romā reuocatus:quæ ipſa per Marcum
des ī gal Fuluiū:& Marcū Curiū tribunos plebis īpediebanť:quod Titū quītiū Flaminiū cōſulatū ex quæſtura
lia petere nō patiebantur.Iam ædilitatē p̄turamq; faſtidiri:nec ꝑ honorū gradus documētū ſui dantes no/
biles hoīes tendere ad cōſulatum:ſed trāſcendendo media ſumma imis cōtinuare.Res ex cāpeſtri certa
mine ī ſenatū uenit:patres cenſuerunt:q honorē:quē ſibi capere per leges liceret:peteret:ī eo populo cre
andi:quē uelit:poteſtatē fieri æquū eſſe.In auctoritate patrum fuere tribuni.Creati conſules Sex:Elius
Pætus:&.T.Quintius Flaminius.Inde p̄toꝝ comitia habita:creati.L.Cornelius Merula.M.Claudius
Marcellus.M.Portius Cato.C.Elius:q ædiles plebis fuerāt.Ab iis ludi plebeii īſtaurati & Epulū Iouis
fuit ludoꝝ cauſa:& ab ædilibus curulibus.Gn.Aurelio Flacco flamēdiali &.Gn.Cornelio Cethego:lu
di romani magno apparatu facti.Ser.Sulpicius & Galba pōtifices eo anno mortui ſunt:ī eoꝝ locū.M.
Sex.Eli Aemylius Lepidus:&.Gn.Cornelius Scipio pōtifices ſuffecti ſunt.Sex.Elius Pætus.T.Quītius Flami/
us.T. nius cōſules magiſtratu inito ſenatū ī capitolio cū habuiſſent:decreuerūt patres:ut ꝓuīcias Macedoniā
Quītiꝰ atq; Italiā cōſules cōpararent īter ſe:ſortirēturue:utri eoꝝ Macedonia eueniſſet:ī ſupplementū legionū
conſ. triamillia militū romanoꝝ ſcriberet &.ccc.eqtes itē ſocioꝝ latini nominis:qnquemillia peditū:qngen
tos eqtes:alteri conſuli nouus oīs exercitus decretus.L.Lentulo prioris anni cōſuli ꝓrogatū imperiū ē:
neq; aut ipſa prouīcia decederet prius:aut ueterē deduceret exercitū:quā cū legionibus nouis cōſul ue/
niſſet.Sortiti cōſules ꝓuīcias.Elio Italia.Quītio Macedonia euenit.Prætores.L.Cornelius Merula ur
banā.M.Claudius Siciliā.M.Portius Sardiniā.C.Elius Galliā ē ſortitus.Delectus īde haberi ē cœptus:
nam p̄ter cōſularē exercitū p̄tores quoq; iuſſi ſcribere milites erāt.Marcello ī Siciliā quattuormillia pe
ditū ſociū & latini nominis &.ccc.eqtes.Catoni ī Sardiniā ex eodē genere militū mille peditū.cc.eqtes:
ita ut hi prætores ambo cū in prouīcias ueniſſent:ueteres dimitterēt pedites eqteſq;. Attali deīde regis
legatos ī ſenatum conſules ītroduxerunt.Hi regem claſſe ſua copiiſq; oībus terra mariq; romanā rem
iuuare:quæq; īperarent romani conſules:īpigre atq; obediēter ad eam diē feciſſe cum expoſuiſſent:ue/
reri dixerunt:ne id p̄ſtare ei per Antiochum regem ultra nō liceret:uacuū nāq; p̄ſidiis naualibus terre/
ſtribuſq; regnū Attali Antiochum īuaſiſſe.Itaq; Attalum orare patreſcōſcriptos:ſi ſua claſſe:ſuaq; opa
uti ad macedonicū bellū uellent:mitterēt ipſi p̄ſidiū ad regnū eius tutandū:ſi id nollēt:ipſum ap ſua de
fendenda cū claſſe ac reliqs copiis redire paterētur.Senatus ita legatis reſpōderi iuſſit:quod rex Attalus
claſſe copiiſq; aliis duces romanos iuuiſſet:id gratū ſenatui eē:auxilia nec ipſos miſſuros Attalo aduer/
ſus Antiochū ſociū & amicū Po.Ro.nec Attali auxilia retenturos ultra:quā regi cōmodū eſſet.Semper
Po.Ro.alienis rebus arbitrio alieno uſum:& prīcipiū & finē ī poteſtatē ipſorum q ope ſua uelint adiu/
tos romanos eē Legatos ad Antiochū miſſuros:q nūcient Attali nauiū eius & militum opa aduerſus

Philippū cōmunē hoſtem uti populo romano gratū eum factuꝝ & ſenatui:ſi regno Antiochus Attali
abſtineat:belloqꝫ abſiſtat:æquum eē ſocios & amicos populi romani reges īter ſe quoqꝫ ipſos pacē ſer/
uare.Cōſulem.T.Quītiū ita habito delectu:ut eos fere legeret:q ī Hiſpania:aut Africa meruiſſent ſpe/
ctatæ uirtutis milites:ꝓperātem ī prouīciam ꝓdigia nūciata:atqꝫ eoꝝ ꝓcuratio Romæ retinuerūt:de
cælo tacta erat uia publica Veiis foꝝ & ædes Iouis Lanuuii Herculis ædes Ardeæ:capuæ murus:& tur
res & ædes q̄ alba dicit̄ cælū ardere uiſum erat Arretii:terra Velitris triū iugeꝝ ſpatio cauerna ingenti
deſederat.Sueſſæ aruſpices nūciabāt agnū cū duobus capitibus natū:& Sinueſſæ porcū humāo capite.
Eoꝝ ꝓdigioꝝ cauſa ſupplicatio unū diē habita:& cōſules rebus diuinis operā dederunt placatiſqꝫ diis
ꝓfecti ī prouīcias ſunt.Elius cū.C.Elio p̄tore in Galliā:exercitūqꝫ ab.L.Lentulo acceptum:quē dimit/
tere debebat:p̄tori tradidit.Ipſe nouis legionibus:quas ſecum adduxerat bellū geſturus: neqꝫ memora
bilis rei quicq̄ geſſit Et.T.Quītius alter cōſul maturius:q priores ſoliti erāt cōſules:a Brūduſio cū trāſ/
miſiſſet.Corcyrā tenuit:cū octomillibus peditū eqtibus quīgentis:a Corcyra ī proxima Epiri quīque/
remi traiecit:& ī caſtra romana magnis itinegibus cōtēdit īde Iulio dimiſſo paucos moratus dies dū ſe
copiæ a Corcyra aſſequerētur:conſilium habuit:utrum recto itinere ꝑ caſtra hoſtiū uiā facere conaret̄
an ne tēptata qdē re tāti laboris ac periculi ꝑ darſetios potius Lyncūqꝫ tuto circuitu Macedoniā ītraret
uiciſſetqꝫ ea ſentētia:ni timuiſſet ne cū a mari longius receſſiſſet miſſo e manibus hoſte:ſi qđ:antea fece
rat:ſolitudinibus ſiluiſqꝫ ſe tutari rex uoluiſſet:ſine ullo effectu æſtas extraheret̄:utcūqꝫeēt igit̄ illo ipſo
tā iniquo loco aggredi hoſtem placuit:ſed magis fieri id placebat:q̄ quo mō fieret:ſatis expediebat: dies
.xl.ſine ullo conatu ſedētes ī conſpectu hoſtiū abſumpſerat:īde ſpes data Philippo eſt ꝑ epirotaꝝ gentē
tēptādæ pacis:habitoqꝫ cōſilio delecti ad eā rē agēdā Pauſanias & Hyſpellus ex Alexādri magni eqtibus
conſulē & regem ubi in artiſſimas ripas aous cogitur amnis:in colloquiū adduxerunt. Sūma poſtula/
torū conſulis erat p̄ſidia rex ex ciuitatibus deduceret:iis:quoꝝ agros urbeſqꝫ populatus eſſet redderet
res:quæ comparerent: cæterorum equo arbitrio æſtimatio fieret.Philippus alia aliaꝝ ciuitatum con/
ditionem eſſe reſpondit: quas ipſe cepiſſet:eas liberaturum : quæ ſibi traditæ a maioribus eſſent:earū
hæreditaria ac iuſta poſſeſſione non exceſſuꝝ ſiquas quæterentur belli clades & ciuitates cum quibus
bellatum foret:arbitrio:quo uellent:populoꝝ:cum quibus pax utriſqꝫ fuiſſet ſe uſuꝝ. Cōſul ad id qui — Ro. cō/ſulis po ſtulata
dem nihil arbitrio aut iudice opus eſſe dicere:cui enim non apparere ab eo:qui prior arma intuliſſet:
iniuriam ortam?nec Philippū ab ullis bello laceſſitum:ipſum priorē uim omnibus feciſſe.Inde cū age
retur:quæ ciuitates liberandæ eſſent:theſſalos primos omniū noīauit conſul.Ad id uero adeo incēſus
īdignatione eſt rex ut exclamaret:quid uicto grauius imperares.T.Quinti?atqꝫ ita ſe colloqo ꝓripuit
& temperatū ægre eſt: quin miſſilibus: quia dirempti medio amne fuerāt:pugnam īter ſe cōſererent:
Poſtero die per excurſiones ab ſtationibus primo in planicie ſatis ad id patenti:multa leuia commiſſa
ſunt prælia deinde recipiētibus ſe regiis in arcta & confragoſa loca:auiditate accēſi certaminis eo quoqꝫ
romani penetrauere pro his ordo & militaris diſciplina:& genus armoꝝ erat ad amplum prælium ge
rendū:contra illis loca & catapultæ baliſtæqꝫ in omnibus prope rupibus:quaſi in muris diſpoſitæ mul
tis hinc atqꝫ illinc uulneribus acceptis:cum ēt:ut in p̄lio iuſto aliquot cecidiſſent nox pugnæ finē fecit.

Cum in hoc ſtatu res eēt:paſtor qdā a Cheropo prīcipe epirotaꝝ miſſus deducit̄ ad cōſulē:is ſe ī eo
ſaltu:q tūc regiis oneratus caſtris erat armētū paſcere:oēs montiū eoꝝ anfractus calleſqꝫ noſſe:ſi ſecum
aliquos mittere uelit:nō iniquo nec ꝑdifficili aditu ſupra caput hoſtiū deductuꝝ:hæc Cheropus renū/
ciari iubet.Ita crederet:ut ſuæ potius oīa:quā ullius ꝑtātis eēnt.Cū magis uellet credeꝛ:quā audiret cō/
ſul:mixtūqꝫ gaudio ac metu aīum gereret:auctoritate motus Cheropi expiri ſpem oblatā ſtatuit: & ut — Atꝭ.iun de obla ta ſit ſpes & rō inita Philip/ pi loco deiiciē/ di
auerteret rem a ſuſpicione:biduo īſeqnti laceſſere hoſtē diſpoſitis ab oī parte copiis:ſuccedētibuſqꝫ īte/
gris in locū defeſſoꝝ nō deſtitit.Quattuormillia īdelecta peditū:&.ccc.eqtes tribuno militū tradit: eq/
tes:quoad loca patiant̄:ducere iubet:ubi ad inuia eqti uentū ē:in planitiæ aliq̄ locari eqtatum:pedites:q
dux mōſtraret:uiā ire:ubi ut polliceret̄:ſup caput hoſtiū ꝑuentū ſit:fumo dare ſignū:nec ante clamorē
eẽnt:poſtulata & ſua & regis expoſuit:renũciarẽt ciuitatibus ſuis populo romano q̃ uirtute:quaq; fide libertatẽ eoꝝ a Philippo uidicauerit:ea ab Antiocho:niſi diſcedat Europa:uidicatuꝝ. Tum Menippus depcari & Quintiũ & patres iſtitit:ne feſtinarẽt decernere:quo decreto turbaturi orbẽ terrarum eẽnt: tẽpus & ſibi ſumerẽt:& regi ad cogitandũ darent: cogitatuꝝ cũ renunciatæ cõditiones eẽnt:& impetraturũ aliqd aut pacis cauſa conſenſurũ. Ita itegra dilata res legatos mitti ad regẽ eoſdẽ:q Lyſimachiæ apud eũ fuerãt:placuit. P. Sulpicium. P. Iuliũ. P. Heliũ. Vixdũ ii pfecti erant:cũ a Carthagine legati bellũ haud dubie parare Antiochũ Annibale miniſtro attulerũt:iniecerũtq; curã:ne ſimul & punicum excitaret̃ bellũ. Annibal patria pfugus puenerat ad Antiochũ:ſicut ãte dictũ ẽ: & erat apud regẽ i magno honore:nulla alia arte niſi qd uolũtati diu cõſilia de romano bello nemo aptior ſuper tali re particeps eſſe ſermonis poterat. Snia eius una atq; eadẽ ſp erat:ut i Italia bellũ gereret̃. Italiã milites & cõmeatus pbituram externo hoſti:ſi nihil ibi moueat̃ liceatq;. Po. Ro. uiribus & copiis Italiæ extra Italiam bellũ gerere:neq; regẽ:neq; gentẽ ullum parẽ romanis eſſe:ſibi cẽtũ naues. xvi. millia peditum:mille equites depoſcebat:ea ſe claſſe primũ Africã petiturũ:magnopere confidere & Carthaginẽſes ad rebellandum ab ſe cõpelli poſſe:ſi illi cũctent̃ ſe aliq parte Italiæ bellũ & citatuꝝ romanis. Regẽ cũ cæteris oibus in Europa debere:& in aliqua parte Grætie copias continere:neq; traiicientẽ: & quod in ſpeciẽ famamq; belli ſatis ſit paratũ:traiicere. In hãc ſniam cũ adduxiſſet regẽ pparandos ſibi ad id populariũ aios ratus litteras ne quo caſu iterceptæ palã facerẽt conata:ſcribere nõ ẽ auſus. Ariſtonẽ quẽdã tyriũ natũ Epheſi exptũq; ſolertiã leuioribus miniſteriis partĩ donis:partim ſpe pmioꝝ oneratũ:qbus ẽt ipſe rex ãnuerat Carthaginem cum mandatis mittit:edit noia eorum:quibus conuentis opus eſſet: inſtruit ẽt ſecretis notis:p quas haud dubie cognoſcerent ſua mandata eſſe. Hunc Ariſtonẽ Carthagine obuerſantẽ non prius amici quã inimici Annibalis:qua de cã ueniſſet:cognouerunt: & primo in circulis conuiuiiſq; celebrata ſermonibus res eſt:deinde in ſenatu quidam nihil actum eſſe dicere exilio Annibalis: ſi abſens quoq; nouas moliri res ſollicitandoq; aios hoium turbare ſtatum ciuitatis poſſet. Ariſtonem quẽdam tyrium aduenã inſtructum mandatis ab Annibale & ab rege Antiocho ueniſſe:certos hoies quottidie

*Annibal ad Antiochũ pfugerat*

*Cartha: ſtudiũ ituẽda pace*

cum eo ſecreta colloquia ſerere:in occulto colloqui:qd mox in oium perniciẽ erupturum eſſet. Cõclamauere oẽs uocari Ariſtonẽ debere:& quæri quid ueniſſet & niſi expromeret:cũ legatis Romam mitti:ſatis pro temeritate unius hoĩs ſuppliciõꝝ penſum eſſe:priuatos ſuo periculo peccaturos: rempublicam non extra noxam mõ:ſed ẽt extra famam noxæ cõſeruãdam eſſe. Vocatus Ariſton purgare ſeſe:& firmiſſimo propugnaculo uti qd nihil litteraꝝ ad quẽq̃ attuliſſet:ceterum nec cãm aduentus ſatis expediebat:& in eo maxime hæſitabat:qd cum barchinæ ſolũ factionis hoibus collocutum eũ arguebãt. Orta deide altercatio ẽ:aliis p ſpeculatorẽ cõphẽdi iã & cuſtodiri iubẽtibus:aliis negãtibus tumultuãdi cãm eẽ:mali rẽ exẽpli eẽ:de nihilo hoſpites corripi:idẽ carthaginẽſibus & Tyri:& i aliis emporiis:i q frequẽter cõmeãt:euentuꝝ. Dilata eo die res eſt. Ariſton pũico igenio iter pœnos uſus:tabellas cõſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedẽ quottidianã magiſtratuũ pria ueſpa ſuſpẽdit:ipſe deide tertia uigilia nauẽ cõſcẽdit:& pfugit. Poſtero die cũ ſuffetes ad ius dicẽdũ cõſediſſent:cõſpectæ tabellæ adẽptæq; & lectæ: ſcriptũ erat Ariſtonẽ priuati ad neminẽ:publice ad ſeniores:ita ſenatũ uocabãt:mãdata habuiſſe. Publicato crimie minus itenta de paucis q̃ſtio erat:mitti tamẽ legatos Romã:q rẽ ad cõſules & ſenatũ referrent:placuit:ſimul q de iniuriis Maſiniſſæ q̃rerent̃. Maſiniſſa poſteaq̃ & ifames carthaginẽſes: & iter ſe ipſos diſcordes pricipes pp colloq̃a Ariſtonis ſenatui:ſenatũ pp idicia ipſius ariſtonis populo ſuſpectũ: locũ iniuriæ eẽ ratus agrũ maritimũ eoꝝ depopulatus eſt:& q̃ſdã urbes uectigales carthaginenſiũ ſibi coegit ſtipẽdiũ pẽdere:Emporiã uocãt eã regionẽ:ora ẽ mioris ſyrtis & agri uberis una ciuitas eius Leptis:ea ſingula i dies talẽta uectigal carthaginenſibus dedit. Hãc tũ regionẽ & totã iſeſtã Maſiniſſa & ex q̃dã pte dubiæ poſſeſſiõis ſui regni an carthaginẽſiũ eẽt:effecerat:& qa ſimul ad purgãda crimia & q̃ſtũ de ſe Romã ituros cõperit:q & illa onerarẽt ſuſpiciõibus:& de iure uectigaliũ diſceptarẽt:legatos & ipe romã miſit. Auditi de tyrio aduena primũ carthaginẽſes curã iniecere ptibus:ne cũ Antiocho ſimul & pœnis bellãdũ eẽt:maxĩe ea ſuſpicio crimẽ augebat:qd quẽ cõphẽſum Romã mitti placuiſſet: nec ipm nec nauẽ eius cuſtodiſſent. De agro deide cũ regis legatis ſimul diſceptari cœptũ: carthaginẽſes iure finiũ cãm tuebant̃:qd itra eos terminos eẽt:qbus. P. Scipio uictor agrũ q iuris eẽt carthaginẽſiũ: finiſſet: & cõfeſſiõe regis:q cũ aphyrem pfugũ ex regno ſuo cũ pte numidaꝝ uagãtẽ circa Cyrenas pſequeret̃: pcario ab ſe iter p eũ ipm agrũ tãq̃ haud dubie carthaginẽſiũ iuris petiſſet. Numidæ & de terminatiõe Scipionis mentiri eos arguebant:& ſiqs uerã originẽ iuris exigere uellet: quẽ ppriũ agrũ carthaginenſium in Africam eẽ aduenis? q̃tum ſecto bouis tergo amplecti loci potuerit:tãtum ad urbẽ cõmuniẽdam pcario datum:qcquid byrſam ſedem ſuam exceſſerint:ui atq; iniuria partum habere. Neq; eni:de quo agatur:probare eos poſſe non modo ſemp ex quo ceperint:ſed ne diu qdẽ eos poſſediſſe:p opportunitates nunc illos:nunc reges numidarum uſurpaſſe ius ſempq; penes eum poſſeſſionẽ fuiſſe: q plus armis potuiſſet:cuius cõditionis res fuerit:prius quã hoſtes romanis carthaginẽſes: ſocius atq; amicus rex numidaꝝ eẽt:eius ſinerẽt eẽ:nec ſe iterponerẽt:quo minus:q poſſent:tenerent. Reſponderi legatis utriuſq; partis placuit miſſuros ſe i Africã:q iter populũ carthaginẽſem & regẽ i re pſenti diſceptarent. Miſſi. P. Scipio Aficanus:&. C. Cornelius Cethegus:&. M. Minutius Ruffus. Audita iſpectaq; re ſuſpẽſa oĩa neutro iclinatis ſentẽtiis reliquere. Id utrũ ſua ſpõte fecerit:an qa mãdatum ita fuerit:nõ tã certũ eſt:q̃ uidet̃ tẽpori aptum fuiſſe itegro certamine eos relinqui:nam ni:ita eẽt unus Scipio:uel noticia rei: uel auctoritate ita de utriſq; meritus finire nutu diſceptationem potuiſſet.

*Maſiniſſæ iniuriæ in cartha.*

*Ad qd legati i africã miſſi*

# TITI LIVII PATAVINI HISTORICI DE BELLO MACEDONICO ET ASIATICO.

## LIBER QVINTVS.

PRINCIPIO Anni:quo geſta ſunt hæc.Sex.Digitius prætor in Hiſpania citeriore cũ ciuitatibus iis quæ poſt profectionẽ.M.Catonis rebellauerãt: crebra magis:quam digna dictu ꝓlia fecit:& adeo plæraq; aduerſa ut uix dimidiũ militũ:quam quod acceperat: ſucceſſori tradiderit:nec dubiũ ẽ: quin omnis Hiſpania ſublatura aĩos fuerit:ni alter prætor.P.Cornelius Scipio.Gn.Filius trans iberum multa ſecũda prælia feciſſet : quo terrore non minus quinquagita oppida ad eum defecerũt.Scipio ĩdẽ ꝓptor luſitanos ꝑuaſtata ulteriori prouincia cũ ingenti ꝑda domum redeuntes in ipſo itinere aggreſſus:ab hora tertia diei ad octauã ĩcerto euentu pugnauit:numero militum impar ſupior aliis:nã & acie frequẽti armatis aduerſus longũ & impeditũ turba pecoꝝ agmen:& recẽti milite aduerſus feſſos longo itinere occurrerat:tertia namq; uigilia exierant hoſtes: huic nocturno itineri tres diurnæ horæ acceſſerant:nec ulla qete data labore uiæ præliũ exceperat.Itaq; prĩcipio pugnæ uigoris aliqd ĩ corporibus aĩſq; fuit:& turbauerãt primo romanos:deĩde æquata pauliſper pugna ẽ.In hoc diſcrimine ludos Ioui ſi ui fudiſſet:cecidiſſetq; hoſtes ꝓtor uouit:tandẽ gradũ romani acrius ĩtulerunt:ceſſitq; luſitanus deĩde prorſus terga dedit:& cum inſtitiſſent fugiẽtibus uictores ad.xii.millia hoſtiũ ſunt cæſa:capti ducẽtiquĩquagĩta omnes ferme eqtes:& ſigna militaria capta centũquĩquagitaquattuor:& de exercitu romão ſeptuagĩta & tres amiſſi. Pugnatũ inde haud ꝓcul Ilipa urbe ẽ:eo uictorẽ opulentũ ꝑdæ exercitum.P.Cornelius reduxit:ea oĩs ante urbẽ expoſita ẽ:poteſtaſq; dominis ſuas res cognoſcẽdi facta ẽ:cætera uændẽda qſtori data:qđ inde refectũ ẽ: militibus diuiſum.Nõdũ ab Roma ꝓfectus erat.C.Flaminius ꝓtor:cũ hæc in Hiſpania gerebant:itaque tã aduerſæ:quã ſecundæ res ꝑ ipſum amicoſq; eius magnis ſermõibus celebrabant:& tẽptauerat: quoniã bellũ ĩgens ĩ ꝓuĩcia exarſiſſet:& exiguas reliquias exercitus ab Sex.Digitio atq; eas ipſas plenas pauoris ac fugæ accepturus eſſet:ut unam ſibi ex urbanis legionibus decerneret:ad quã cũ militẽ ab ſe ipſo ſcriptum ex ſenatuſcõſulto abieciſſet:eligeret ex oĩ numero triamillia & ducentos pedites:& eqtes trecẽtos:ea ſe legiõe nã ĩ Sex.Digitii exercitu haud multũ ſpei eẽ rẽ geſtuꝝ:Seniores negare ad rumores priuatos temere ĩ gratiã magiſtratuũ cõfictos ſenatuſcõſulta faciẽda eẽ:niſi quod ex ꝓuĩciis ſcriberet:aut legati renũciarẽt:nihil ratũ haberi debere:ſi tumultus ĩ Hiſpania eẽt:placere ut tumultuarii milites extra Italiã legerent.Valerius Antias & ĩ Siciliã nauigaſſe delectus cã.C.Flaminiũ ſcribit:& ex Sicilia Hiſpaniã petẽtẽ tẽpeſtate ĩ Africã delatum:uagos milites de exercitu.P.Africani ſacramẽto rogaſſe: his duaꝝ prouĩciaꝝ delectibus tertiũ ĩ Hiſpania allegiſſe.Nec ĩ Italia ſegnius liguꝝ bellũ creſcebat. Piſas iã quadragĩtamillibus hoĩum affluẽte multitudĩe ad famã belli ſpẽq; ꝑdæ circũſedebãt . Minutius conſul Arretiũ die:quẽ dixerat ad cõueniẽdũ militibus:uenit:ĩde qdrato agmĩe cũ ad Piſas duxiſſet:dũ hoſtes nõ plus paſſuũ tribuſmillibus ab oppido trans fluuiũ mouiſſent caſtra:conſul urbẽ haud dubie ſeruatã aduẽtu ſuo ẽ ĩgreſſus:poſtero die & ipſe trans fluuiũ ferme mille paſſus ab hoſte poſuit caſtra: inde leuibus ꝓliis a populatiõibus agrum ſocioꝝ tutabat:in aciẽ exire audebat:nouo milite & ex multis generibus hoĩum collecto nec dũ noto ſatis ĩter ſe:ut uix fidere alii aliis poſſent.Ligures multitudĩe frætĩ & ĩ aciẽ exibant:parati de ſũma reꝝ decernere:& abũdãtes militũ numero paſſim multas manus per extrema finiũ ad prædandũ mittebãt:& cũ coacta uis magna pecorũ ꝑdæq; eſſet:paratũ erat ꝑſidiũ per quod ĩ caſtella eoꝝ uicoſq; ageret.Cum bellũ liguſtinũ ad Piſas cõſtitiſſet:cõſul alter.L.Cornelius Merula ꝑter extremos ligurũ fines exercitum ĩ agro boioꝝ ĩduxit:ubi longe alia belli ratio:quã cum liguribus erat:cõſul ĩ aciem exibat:hoſtes pugnam detrectabãt:ꝑdatumq; ubi nemo obuiã exiret: diſcurrebãt romani.Boii diripi ſua ĩpune:quã tuẽdo ea cõſerere certamẽ malebãt.Poſteaq̃ oĩa ferro igniq; ſatis uaſtata erãt:cõſul agro hoſtiũ exceſſit:& ad Mutinã agmine ĩcauto ut ĩter pacatos ducebat. Boii ubi ẽgreſſum finibus ſuis hoſtẽ ſenſere:ſequebãtur ſilẽti agmĩe locũ ĩſidiis qrentes: nocte ꝑtergreſſi caſtra romana ſaltũ:qua trãſeundum erat romanis:ĩſederunt id cũ parũ occulte feciſſent:cõſul:q multa nocte ſolitus erat:mouere caſtra:ne nox terrorẽ ĩ tumultuario ꝓlio augeret:lucem expectauit:ut cũ luce moueret:tamẽ turmam eqtum exploratum miſit.Poſteaq̃ relatum ẽ:quãtæ copiæ & ĩ quo loco eſſent:totius agminis ſarcinas ĩ mediũ coniici iuſſit:& triarios uallũ circuniicere:cætero exercitu ĩſtructo ad hoſtem acceſſit.Idem & galli fecerũt poſteaq̃ apertas eſſe ĩſidias:ac recto & iuſto ꝓlio:ubi uera uiceret uirtus dimicãdum uiderũt.Hora ſecũda ferme cõcurſum:ſiniſtra ſocioꝝ equitũ ala & extraordinarii prĩa in acie pugnabãt:ꝑerãt duo cõſulares legati.M.Marcellus:&.T.Sẽpronius prioris anni cõſules . Nouus conſul nũc ad prima ſigna erat:nũc legiões cõtinebat ĩ ſnbſidiis:ne certaminis ſtudio prius ꝓcurrerẽt: quã datũ ſignũ eẽt:equites eaꝝ extra aciẽ ĩ locũ parẽtem.Q.&.P.Minutios tribunos militum educere iuſſit:unde cũ ſignũ dediſſet:impetum ex aperto facerẽt.Hæc agẽti nũcius uenit a.T.Sẽpronio Longo nõ ſuſtinere extraordinarios ĩpetum galloꝝ & cæſos ꝑ multos eſſe:& q ſuperſint:partim labore: partĩ metu remiſiſſe ardorẽ pugnæ:legionẽ alterã ex duabus:ſi uideret:trãſmitteret:priuſq̃ ignominia acciperetur.Secũda miſſa eſt legio:& extraordinarii recepti:tum redintegrata ẽ pugna:cum & recẽs miles: & frequens ordinibus legio ſucceſſiſſet:& ſiniſtra ala ex prælio ſubducta eſt : dextera in primam aciem ſubiit.Sol ingenti ardore torrebat minime patientia æſtus corpora galloꝝ:denſi tamẽ ordinibus nũc

Acre cũ luſitãis ꝓlium

Piſæ minutii interuẽtu ſeruant

alii in alios:nūc ī ſcuta īcumbentes ſuſtinebāt īpetus romanoꝝ.Quod ubi aīaduertit cōſul:ad ꝑturbā/
dos ordīes eoꝝ.C.Liuiū Salinatorem:q præerat alaribus eq̄tibus:quā cōcitatiſſimos equos īmittere iu
bet:& legionarios equites ī ſubſidiis eē.Hæc procella equeſtris prīo confudit:& turbauit:deīde diſſipa/
uit aciē galloꝝ:nō tamē ut terga darēt:obſtabant duces haſtilibus cædētes terga trepidantiū:& redire ī
ordines cogētes:ſed īter equitantes alarii non patiebantur.Conſul orabat milites:ut parum niterentur
uictoriam ī manibus eſſe:dum turbatos & trepidantes uiderent:īſtarent:ſi reſtitui ordines: ſciuiſſent:
integro rurſus eos prælio & dubio dimicaturos:īferre uexillarios iuſſit ſigna :omnes connixi tandem
auerterunt hoſtem.Poſteaquam terga dabant:& ī fugam paſſim effundebantur :tum ad ꝑſequendos

Boioꝝ cædes

eos legionarii equites īmiſſi:quattuordecimillia boioꝝ ea die cæſa ſunt:uiui capti mille nonagītaduo:
equites.cc.&.xxi.tres duces eorum:ſigna militaria ducēta.xii.carpēta centūduo.Nec romanis incruen/
ta uictoria fuit:ſupra q̄nquemillia militū ipſoꝝ aut ſociorū ſunt amiſſa:cēturiones tres &.xx.præfecti
ſocium quattuor:&.M.Martius tribunus militum ſecūdæ legionis.Eodem fere tempore duorum cō
ſulum litteræ allatæ ſunt.L.Cornelii ad Mutinam de prælio cum boiis facto:&.Q.Minutii a Piſis: co/
mitia ſuæ ſortis eſſe:cæterū adeo ſuſpēſa omnia in liguribus ſe habere:ut abſcedi inde abſq; pernicie ſo
ciorū & damno reipublicæ nō poſſet:ſi ita uideretur patribus mitterent ad collegam:ut is:qui profliga
tum bellum haberet:ad comitia Romam rediret:ſi id facere grauaretur:quod non ſuæ ſortis id nego/
tiū eēt:ſe quidem facturum:quodcunq; ſenatus cēſuiſſet:ſed etiam atq; etiam uiderēt:ſi magis e repu/
blica eēt:interregnum iniri:quam a ſe ī eo ſtatu reliqui prouīciam.Senatus.C.Scribonio negotium de
dit:ut duos legatos ex ordine ſenatorio mitteret ad.L.Cornelium conſulem:qui litteras collegæ ad ſe/
natum miſſas deferrent ad eum:& nunciarēt ſenatum:ni is ad magiſtratus ſubrogandos Romā ueni/
ret:potius quam.Q.Minūtius a bello itegro auocaretur:īterregnum iniri paſſurū.Miſſi legati nuncia/
uerunt Corneliū ad magiſtratus ſubrogandos uenturum.De litteris.L.Cornelii:quas ſcripſerat ſecun/
dum præliū cū boiis factum:diſceptatio in ſenatu fuit:quia priuatim plæriſq; ſenatoribus legatus.M.
Claudius ſcripſerat:fortunæ.Popu.Ro.& militum uirtuti gratiam habendam:quod res bene geſta eſ/
ſet:conſulis opa & militū aliquātum amiſſum:& hoſtium exercitum:cuius delēdi oblata fortuna fue/
rit:elapſum:milites eo plures periſſe:qđ tardius ex ſubſidiis q laborantibus opem ferrent:ſucceſſiſſent:
hoſtes e manibus emiſſos quod eq̄tibus legionariis tardius datū ſignū eēt:ut perſequi fugiētes non li/
cuiſſet.De ea re nihil temere decerni placuit:ad frequētiores cōſultatio delata ē:īſtabat.n.cura alia : qđ
ciuitas fœnere laborabat:& cū multis fœneribus legibus conſtricta auaritia eēt:uia fraudis inita erat:ut
in ſocios q non tenerētur:iis legibus noīa tranſcriberēt:ī tali uero fœnere obruebantur debitores . Cu/
ius cernēdi:cum ratio quæreretur:diem finiri placuit:fœneralia quæ proxima fuiſſent:ut q poſt eā diē
ſocii ciuibus romanis credidiſſent pecunias:profiterētur:& ex ea die pecuniæ creditæ:q̄bus debitor uel
let:legibus creditori ius redderetur.Inde poſteaq̄ profeſſionibus detecta ē magnitudo æris alieni ꝑ hāc
fraudē cōtracti.M.Sempronius tribunus plebis ex auctoritate patrū plebem rogauit:plebeſq; ſciuit:ut
cum ſociis ac noīe latīo pecuniæ creditæ:ius idē qđ cū ciuibus romanis eēt:Hæc ī Italia domi militiæq;
acta. In Hiſpania nequaquam tantum belli fuit:quantum auxerat fama.C.Flaminius in citeriori Hi/

Hiliciā Ptolemæus habet

ſpania oppidum Iluciam in oretanis cepit : deinde in hyberna milites deduxit: & per hyemem prælia
aliqua nulla memoria digna aduerſus latronū magis:quam hoſtium excurſiones uario tamen euentu
nec ſine militū iactura ſunt facta.Maiores res geſtæ a.M.Fuluio:is apud Toletum oppidum cū uacceis
uectōibuſq; & celtiberis ſignis collatis dimicauit:exercitum earum gētium fudit fugauitq;:regem Hi/
lermū uiuū cepit.Cum hæc ī Hiſpania agerētur:comitiorū iam appetebat dies:itaq;.L.Cornelius con/
ſul relicto ad exercitū Claudio legato Romā uenit:is ī ſenatu cū de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet; quoq; ī
ſtatu ꝓuīcia eſſet:queſtus ē cum patribuſconſcriptis:quod tanto bello una ſecunda pugna tā feliciter ꝑ
fecto non eſſet habitus diis īmortalibus honos:poſtulauit deīde ſupplicationē ſimul triumphūq; de/
cernerēt.Prius tamē quā relatio fieret.Q.Metellus: q conſul dictatorq; fuerat litteras:eodē tempore di
xit:& conſulis.L.Cornelii ad ſenatum:&.M.Claudii ad magnā partē ſenatorū allatas eē īter ſe pugnan
tes:eoq; dilatā eē conſultationē:ut præſentibus auctoribus earum litterarū diſceptaret:itaq; expectaſſe
ſeſe:ut conſul:qui ſciret ab legato ſuo aduerſus ſe ſcriptū aliq̄d cum ipſi ueniēdum eēt:deduceret eū ſe/
cum Romam:cum ēt uerius eēt.T.Sempronio īperium habēti tradi exercitū:quam legato:nunc uide
re ſeſe amotū de induſtria;q ea q̄ ſcripſiſſet:ꝑſens diceret:argueretq; coram:& ſi q̄d uani afferret : argui
poſſet:donec ad liq̄dū ueritas explorata eēt:itaq; nihil eorū:q̄ poſtularet conſul:decernēdū ī ꝑſentia cen
ſere.Cum pergeret nihilo ſegnius referre:ut ſupplicationes decernerētur:triumphātiq; ſibi ī urbem in
uehi liceret.M.& Craſſus Ticinii tribuni plebis ſe interceſſuros:ſi de ea re fieret ſenatuſcōſultū dixerūt.

Cenſores erant priore anno creati Sextius Elius Pætus:&.C.Cornelius Cethegus.Cornelius luſtrū
condidit:cenſa ſunt ciuium capita.cxliii.ſeptingentaquattuor.Aquæ ingentes eo anno fuerunt:& tybe
ris loca plana urbis inundauit:circa portā flumentanā etiā collapſa quædam ruinis ſunt:& porta cæli/
montana fulmine icta ē:murus circa multis locis de cælo tactus:& Ariciæ:& Lanuuii:& auētino lapi/
dibus pluit:& a Capua nunciatū ē examen ueſparum ingens in foꝝ aduolaſſe:& in Martis æde cōſediſ/
ſe:eas collectas cum cura igni crematas eſſe.Horum ꝓdigiorum cauſa decēuiri adire libros iuſſi:& no/
uēdiale ſacrum factū:& ſupplicatio īdicta ē:atq; urbs luſtrata.Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ uirgi/
nis ꝓpe ædē Victoriæ.M.Portius Cato dedicauit biēnio poſteaq̄ uouit.Eodem anno coloniā latinā ī ca
ſtrū fērētinū triūuiri deduxerūt.C.Manlius Volſo.L.Apuſtius Fullo.P.Elius Tubero cuius lege dedu/

cebantur triamillia peditū fere.ccc.eqtes:numerus exiguus pro copia agri dari potuere quadragena iu
gera in pedites:ſexagena in eqtes. Apuſtia auctore tertia pars agri dempta eſt:quo poſtea:ſi uellent no/
uos colonos aſcribere poſſent:uicena iugera pedites:quadragena equites acceperūt.In exitu iam annus
erat:& ambitio magis quā unq̃ alias exarſerat conſularibus comitiis:multi & potentes petebant patri/
tii plebeiiq;.P.Cornelius.Gn.Filius Scipio:q ex Hiſpania prouincia nuper receſſerat.magnis rebus ge/
ſtis:&.L.Quintius Flaminius:qui claſſi in Græcia præfuerat:&.Gn.Manlius Volſo:hi patritii: plebeii
autē.C.Lællius.Gn.Domitius.C.Liuius Salinator.M.Acilius.Sed oīum oculi in Quintium & Corne
lium coniecti:nam & in unum locum petebant patritii ambo:& rei militaris gloria recens utrunq; cō/
mendabat:cæterum ante omnia certamē accendebāt fratres candidatoꝝ duo clariſſimi ſuæ ætatis im
peratores:maior gloria Scipionis:& quo maior:eo ꝓpior inuidiæ.Quintii recentior:ut q eo anno triū
phaſſet:accedebat qđ alter decimū iam prope annū aſſiduus in oculis hoīum fuerat:quæ res minus ue
rendos magnos hoīes ipſa ſocietate facit:conſul iterum poſt deuictū Annibalē cenſorq; fuerat:in Quī
tio noua & recentia omnia ad gratiam erant:nihil nec petierat a populo poſt triūphū:nec adeptus erat:
pro fratre germano non patruele ſe petere aiebat:pro collega & participe adminiſtrati belli:ſe terra: fra
trem mari rem geſſiſſe.Is obtinuit:ut præferret candidato:quem Africanus frater ducebat:quem cor
nelia gens Cornelio conſule comitia habente:quē tantum ꝑiudicium ſenatus uirum e ciuitate optimū
iudicatum:qui matrē idæam Peſſimonte uenientem in urbem acciperet.L.Quintius:&.Gn.Domitius
Aenobarbus conſules facti:adeo ne in plebeio quidem conſule:cū pro.C.Lællio niteret: Africanus ua/
luit.Poſtero die prætores facti:creati.L.Scribonius Libo.M.Fuluius Centimalus.A Attilius Serranus
M.Bebius Tamphilius.Q.Salonius Sarra.Aedilitas iſignis eo anno fuit.M.Aemylii Lepidi:&.P.Ae/
mylii Pauli:multos pecuarios damnarunt:& ex ea pecunia clypea iaurata in faſtigio Iouis ædis poſue/
runt:porticū unā extra portā trigeminā emporio ad tyberim adiecto:alteram ad portam fontinalem
ad Martis aram:qua in cāpis iter eſſet:perduxerunt.Diu nihil memoria dignū in liguribus geſtū erat:
extremo eius anni bis in magnū periculū res adducta ē:nam & caſtra cōſulis oppugnata ægre ſunt de/
fenſa:& non ita multo poſt per ſaltū anguſtū cū duceretur agmen romanū:ipſas fauces exercitus ligu/
rum inſedit:qua cū exitus nō pateret:cōuerſo agmine redire conſul inſtitit:& a tergo fauces ſaltus occu
patæ a parte hoſtium erant:caudinæq; cladis memoria non animis modo:ſed ꝓpe oculis obuerſabat.
Numidas octingentos ferme equites inter auxilia habebat:eoꝝ ꝑfectus conſuli pollicetur ſe parte utra
uellet:cum ſuis eruptuꝝ:tantū uti diceret utra pars frequentior uicis eē:in eos ſe impetū factuꝝ:& ni/
hil priuſquam flamam tectis iniecturum:ut is pauor cogeret ligures excedere ſaltu:quē obſiderent: &
diſcurrere ad opem ferendā ſuis.Laudatū eū conſul ſpe ꝓmioꝝ onerat:& numidæ equos conſcēdunt:
& obequitare ſtationibus neminem laceſſentes cœperint:nihil primo aſpectu contēptius equi hoīeſq;
pauluḷi & graciles:diſcinctus & inermis eques ꝑterquā quod iacula ſecum portat:equi ſine frænis de/
formes:ipſe curſus rigida ceruice & extento capite currentiū:hunc cōtemptū de induſtria augētes labi
ex equis & per ludibrium ſpectaculo eſſe:itaq; qui primo intenti paratiq;:ſi laceſſerent: in ſtationibus
fuerant:iā inermes ſedenteſq; pars maxima ſpectabant.Numidæ adequitare & refugere:ſed ꝓpius ſal/
tum paulatim euehi:uelut quos impotentes regendi equos inuitos efferrent:poſtremo ſubditis calcari
bus per medias ſtationes hoſtiū erupere:& ī agrum latiorem euecti omnia peruaſtant:fumus prīo cō/
ſpectus:deīde clamor trepidantiū ī uicis auditus:poſtremo ſeniores puериq; refugientes tumultum ī ca
ſtra fecerunt.Itaq; ſine conſilio:ſine īperio pro ſe quiſq; currere ad ſua tutanda:momentoq; tp̄is caſtra
relicta erāt:& obſidione liberatus cōſul quo ītenderat:ꝑuenit.Sed neq; boii:neq; hiſpani:cū qbus eo an
no bellatū erat:tā inimici īfeſtiq; erāt romāis quā ætoloꝝ gens:ii poſt deportatos ex Græcia exercitus
primo ī ſpe fuerant & Antiochū ī uacuā Europe poſſeſſionē uentuꝝ:nec Philippū:aut Nabin qeturos
ubi nihil uſq̃ moueri uiderūt agitandū miſcēdumq; rati:ne cūctando ſeneſcerent cōſilia:cōciliū Naupa
ctum īdixerūt:ibi Thoas eoꝝ ꝑtor cōqueſtus iniurias romanoꝝ ſtatūq; Aetoliæ:qđ oīum Græciæ gē
tium ciuitatūq; īhonoratiſſimꝫ poſt eā uictoriā eēnt:cuius cā ipſi fuiſſent:legatos cēſuit circa reges mit/
tendos:q nō ſolū temptarent aīos eoꝝ:ſed ſuis quēq; ſtimulis mouerent ad romanū bellum.Democri
tus ad Nabin nauigat:ad Philippum Nicander:Dicæarchus frater prætoris ad Antiochū ē miſſus. Ty
ranno lacedæmonio Democritus adēptis maritimis ciuitatibus eneruatā tyrānidē dicere:īde mīlitē:ī/
de naues nāualeſq; ſocios habuiſſe:īcluſum ſuis prope muris achæios uidere dominantes ī Peloponne
ſo:nunq̃ habituꝝ recuperandi ſua occaſionē:ſi eā quæ tunc eēt:prætermiſiſſet:& nullum exercitum ro
manū ī Græcia eē:nec propter Gyttheum:aut maritimos alios laconas dignā cām exiſtimaturos Ro/
manos cur legiones rurſus ī Græciam tranſmittāt.Hæc ad īcitandum aīum tyrāni dicebatur:ut cū in
Græciam Antiochus traieciſſet:conſciētia uiolatæ per ſocioꝝ iniurias Romæ amicitias iungerēt cum
Antiocho.Et Philippū Nicander aut diſſimili oratione īcitabat:erat ēt maior orationis materia:quo ex
altiore faſtigio rex:quā tyrānus detractus erat:quoq; plures ademptæ res.Ad hæc uetuſta regum Ma/
cedoniæ fama peragratuſq; orbis terrarum uictoriis eius gētis referebatur:& tutum uel īcepto:uel euē
tu ſe conſilium afferre:neq; ut ante ſe moueat Philippus:quam Antiochus cū exercitu tranſierit ī Græ
ciam ſuadere:& q ſine Antiocho aduerſus romanos ætoloſq; tādiu ſuſtinuerit bellum:adiuncto Antio
cho ſociis ætolis:qui tū grauiores hoſtes cum romanis fuerint:quibus tandem uiribus reſiſtere roma/
nos poſſe.Adiiciebat de duce Annibale nato aduerſus romanos hoſte:qui plures & duces:& milites eo
rū occidiſſet:q quot ſupeſſent.Hæc Philippo Nicāder.Alia Dicæarchus Antiocho & primū oīum ꝑdā

Aſſue/tudo uel ma/gna ui/liora reddit

L.Quī/tiꝰ.Gn.Domi/tius cōſ.

Arſ.numidaꝝ facinus

de Philippo Romanoꝝ eſſe dicere uictoriam ætoloꝝ:& aditum in Græciam romāis nullos alios quā ætolos dediſſe:& ad uincendum uires eoſdem ꝓbuiſſe:deinde quantas equitū peditumq; copias ꝓbituri Antiocho ad bellum eēnt:ꝗ loca terreſtribus copiis:quos portus maritimis. Tum de Philippo & Nabide libero mendatio abutebantur:paratum utrunq; ad rebellandum eē:& primā quāq; occaſionem recuperandi ea:quæ bello amiſiſſent:arrepturos. Ita per totū ſimul orbē terrarum ætoli romanis concitabant:bellū & reges tamen aut non moti:aut tardius moti ſunt. Nabis extemplo circa oīs maritimos

Aætolorum & Regū motus

uicos miſit ad ſeditiones ī iis miſcēdas:& alios prīcipum donis ad ſuam cām perduxit: alios pertinaciter in ſocietate romana manētes occidit. Achæis oīum maritimoꝝ locoꝝ tuendoꝝ a. T. Quintio cura mandata erat:itaq; extemplo ad tyrānum legatos miſerūt:qui admonerent fœderis romani: denunciarentq;:ne pacem:quā tantopere petiſſet:turbaret:& auxilia ad Gyttheū:quod iā oppugnabatur a tyranno:& Romam:qui ea nūciarent:legatos miſerunt. Antiochus rex ea hyeme Rhaphei ī Phœnice Ptolemæo regi Aegypti filia ī matrimoniū data:cū Antiochiam ſe recepiſſet:per Ciliciam tauro monte ſuperato extremo iam hyemis Epheſum peruenit:inde prīcipio ueris Antiocho filio miſſo ī Syriam:ad cuſtodiam ultimaꝝ partium regni:neqd abſente ſe a tergo moueret̄:ipſe cū omnibus terreſtribus copiis ad pyſidas:qui circa Sicā īcolunt:oppugnandos eſt profectus. Eo tempore legati romani Publius Sulpicius:&. P. Iulius:q ad Antiochum:ſicut ante dictum eſt:miſſi erāt:iuſſi prius Eumenem adire. Eleā uenere:īde Pergamū:ubi regia Eumenis fuit:deſcenderūt. Cupidus belli aduerſus Antiochum Eumenes erat:graue:ſi pax eſſet:accolam tanto potentiorē regem credens:eundem ſi motū bellū eſſet: nō magis parem romanis fore:quam Philippus fuiſſet:&ut funditus ſublatū iri:aut ſi pax uicto dare˜:multa illi detracta ſibi acceſſura:ut facile deīde ſe ab eo ſine ullo Romano auxilio tueri poſſet:etiam ſi qd aduerſi caſurum foret:ſatius eſſe romanis ſociis quācūq; fortunam ſubire:quam ſolum aut īperium pati Antiochi:aut abnuentem ui aut armis cogi. Bb hæc quātum auctoritate:quantū conſilio ualebat: īcitabat romanos ad bellū. Sulpicius æger Pergami ſubſtitit. Iulius cū Pyſidiæ bello occupatū eē regē audiſſet: Epheſum ꝓfectus:dum paucos ibi morat̄ dies:dedit:operā:ut cū Annibale q tū ibi forte erat:ſæpe congrederet̄:ut animum eius & temptaret:ſi qua poſſet:& metū demeret ꝑiculi ei qcq̄ ab Romāis eē. His colloquiis aliud nihil actū ē:ſecutū tamē ſua ſpōte ē:uelut cōſilio petitū eēt:ut uilior ob ea regi Annibal ſuſpectiorq; ad oīa fieret. Claudius ſecutus græcos acilianos libros. P. Africanū ī ea fuiſſe legatiōe tradit

Vide ne raphaneæ ſit legēdū potius aut raphiæ q̄q hæc ī paleſtina

Iudiciū Annibalis de ſūmis imꝑatoribus

eūq; Epheſi collocutū cū Annibale:& ſermonē ēt unum refert:quo ꝗrenti Africano quem fuiſſe maximum īperatorem Annibal crederet:reſpōdiſſe Alexādrū macedonē regē:qđ parua manu īnumerabiles exercitus fudiſſet:quod ultimas oras ſupra ſpem humanā peragraſſet:ꝗrenti deīde quē ſecūdum poneret. Pyrrhū dixiſſe caſtra mœtari primū docuiſſe:ad hoc neminē elegātius loca cepiſſe:ꝓſidia diſpoſuiſſe:artē ēt cōciliādi ſibi hoīes eū habuiſſe:ut italicæ gētes regis externi:quā Populi Ro. tādiu prīcipis ī ea terra īperium eſſe mallēt:exequēti deīde quē tertiū diceret:haud dubie ſemetipſum dixiſſe. Tum riſum obortū Scipioni ſubieciſſe qdnam tu diceres:ſi me uiciſſes? tum me uero:inqt:& ante Alexandrū: & ante Pyrrhum:& ante oēs alios īperatores eſſe:& ꝑplexum punico aſtu reſpōſum & īprouiſum aſſentatiōis genus. Scipionē mouiſſe:quod e grege ſe īperatorum uelut īæſtimabilē ſecreuiſſet. Iulius ab Epheſo Apameam ꝓceſſit:eo & Antiochus audito romanoꝝ legatoꝝ aduētu occurrit. Apameæ congreſſis diſceptatio eadē ferme fuit:quæ Romæ īter Quītium & legatos regis fuerat:mors nunciata Antiochi filii regis:quē miſſum pauloāte dixeram ī Syriā:diremit colloq̄a:magnus luctus ī regia fuit:magnumq; eius iuuenis deſyderium:id. n. iā ſpecimē ſui dederat:ut ſi uita lōgior cōtigiſſet: magni iuſtiq; regis ī eo īdolem fuiſſe appareret:quo carior acceptiorq; oībus erat:eo mors eius ſuſpectior fuit: grauē ſucceſſorē eū īſtare ſenectuti ſuæ patrem credētem:ꝑ ſpadones quoſdā talium miniſterio facinoꝝ acceptos regibus ueneno ſuſtuliſſe:eam quoq; cām clandeſtino facinori adiiciebāt:qđ cū Seleuco filio Lyſimachiā dediſſet. Antiocho quā ſimilē daret ſedē:ut ꝓcul ab ſe honore eum quoq; ablegaret:nō habuiſſet. Magni tamē luctus ſpecies ꝑ aliquot dies regiam tenuit:legatuſq; romanus:ne alieno tp̄e incōmodus obuerſaret̄:Pergamū cōceſſit. Rex Epheſum omiſſo:qđ īchoauerat bello redit:ibi ꝑ luctum regia clauſa cum Minione quodā:q prīceps amicoꝝ eius erat:ſecreta cōſilia agitauit. Minio ignarus oīum externoꝝ:uireſq; exiſtimās regis ex rebus ī Syria aut Aſia geſtis nō cā modo ſupiorem eē Antiochū: qđ nihil equi poſtularēt romāi:ſed bello quoq; ſuperatuꝝ credebat. Fugiēti regi diſceptationem cum legatis ſeu iam expto eā mīus proſperā:ſeu mœrore recēti cōfuſo:ꝓfeſſus Minio ſe:quæ pro cā eēnt: dicturum:ꝑſuaſit:ut a Pergamo accerſerent̄ legati:iam cōualuerat Sulpicius:itaq; ambo Epheſum uenerūt. Rex a Minione excuſatus:& abſente eo res agi cœpta eſt. Ibi ꝑparata oōne Minio. Specioſo titulo:inqt

Cōpoſita minioniſ oratio

uti uos romani græcaꝝ ciuitatū liberandaꝝ uideo:ſed facta ueſtra oōni non conueniūt:& aliud Antiocho iuris ſtatuiſtis:alio ipſi utimini. Quid. n. magis ſmyrnæi lampſaceni græci ſunt:quā Neapolitani:& rhegini:& Tarentini:a qbus ſtipēdium:a qbus naues ex fœdere exigitis? cur Syracuſas atq; ī alias Siciliæ græcas urbes prætorem quot annis cū īperio & ſecuribus & uirgis mittitis? nihil aliud ꝓfecto dicatis:quā armis ſuperatis uos iis has leges īpoſuiſſe. Eandem de Smyrna & Lampaſco ciuitatibuſq;: quæ Ioniæ aut Aeolidis ſunt:cauſam ab Antiocho accipite:bello ſupatas a maioribus ſtipendiarias ac uectigales factas Antiochus repetit:itaq; ad hæc ei reſpōderi uelim:ſi ex æquo diſceptaturi nō belli cauſa quærit̄. Ad ea Sulpicius. Fecit uerecunde: inqt:Antiochus:q ſi alia pro cā eius nō erant:quæ dicerentur:quēlibet iſta quā ſe dicere maluit. Quid. n. ſimile habet ciuitatum eaꝝ:quas cōparaſti cā? ab rheginis & Neapolitanis & Tarentinis ex quo ī noſtrā uenerūt poteſtatē:uno & ꝑpetuo tenore iuris ſemper

uſurpato nunquam intermiſſo:quæ ex fœdere debent:exegimus:potes ne tandē dicere:ut ii populi nō
per ſe:non ꝑ aliū quēquam fœdus mutauerint:ſic Aſiæ ciuitates ut ſemel uenerūt in maioꝝ Antiochi
poteſtatē:in perpetua poſſeſſiōe regni ueſtri ꝑmanſiſſe?& nō alias eaꝝ ī Philippi:alias ī Ptolemæi fuiſ-
ſe poteſtate?alias ꝑ multos annos nullo ambigente libertatē uſurpaſſe?Nam ſi qđ aliquādo ſeruierunt
tempoꝝ iniqtate preſſi:ius poſt tot ſecula aſſerēdi eos ī ſeruitutē faciet:qd abeſt:quin actum nobis ni-
hil ſit:qđ a Philippo liberauimus Græciam?& repetāt poſteri eius Corīthum: Chalcidē: Demetriadē
& theſſaloꝝ totam gētē?Sed qd ego cām ciuitatū ago:quā ipſis agētibus & nos & regē ipſum cogno-
ſcere æquius eſt.Vocari deīde ciuitatū legationes iuſſit:ꝑparatas iā ante & īſtructas ab Eumene:q q̃tū-
cunq; uirium ī Antiocho deceſſiſſet:ſuo id acceſſuꝝ regno ducebat.Admiſſi plures:dū ſuas qſq; nunc
querelas:nūc expoſtulationes īſerit æqua iniquis miſcētes:e diſceptatiōe altercationē fecerūt:itaq; neq;
remiſſa ulla re:neq; īpetrata:æque ac uenerant oīum īcerti legati Romā redierūt.Rex dimiſſis iis con-

Legatorum ex Aſia reditus romam

ſiliū de bello romano habuit:ibi alius alio ferocius:qa quo qſq; aſperius aduerſus romanos locutus eēt:
eo ſpes gratiæ maior erat:alius ſupbiā poſtulatorū īcrepare tāq̄ Nabidi uicto Antiocho maximo Aſiæ
regum īponentiū leges:qq̄ Nabidi tamē dominationē in patriā ſuā:& patriā Lacedæmonē remiſſam:
Antiocho:ſi Smyrna & Lāpſacus īperata faciant:indignū uideri alii paruas & uix dictu dignas belli cās
tanto regi eas ciuitates eē:ſed initiū ſemꝑ per ius iniuſta īperandi fieri:niſi crederēt pſas cū aquam ter-
ramq; ab lacedæmoniis petierūt:gleba terræ & hauſtu aquæ eguiſſe:ꝑ ſimilē tēptationem romanis de
duabus ciuitatibus agi:& alias ciuitates ſimul duas iugū exuiſſe uidiſſent ad liberatorē populū defectu
ras:ſi nō libertas ſeruitute potior ſit:tamē oēm præſenti ī ſtatu ſpem cuiq; nouādi res ſuas blandiorem
eſſe.Alexāder acarnas in cōcilio erat Philippo quondā amicus:nuper relicto eo ſecutus opulētiorē regiā
Antiochi:& tāq̄ pitus Græciæ nec ignarus romanoꝝ:ī eū gradū amicitiæ regis:ut cōſiliis quoq; arca-

Antiochi conſultatio de bello ſuſcipiēdo

nis intereſſet:acceptus erat.Is tāq̄ nō utrū bellādum eēt:nec cōſuleret:ſed ubi & qua ratiōe bellū gerere
tur:uictoriam ſe haud dubiam ꝓponere animo affirmabat:ſi ī Europā tranſiſſet rex:& ī aliqua Græ-
ciæ parte ſedem bello cepiſſet.Iā primū ætolos:ut umbilicum Græciæ īcolerent:ī armis eū inuentuꝝ:
anteſignanos ad aſperrima quæq; belli paratos ī duobus uelut cornibus Græciæ: Nabin a Peloponne
ſo concitatuꝝ omnia repetētē argiuorū urbē:repetētem maritimas ciuitates:qbus eum depulſum ro-
mani Lacedæmoniis muris īcluſiſſent:A Macedonia Philippū:ubi primū bellicū cani audiſſet:arma ca
pturum:noſſe ſe ſpiritus eius:noſſe animū:ſcire ſerum ferarū modo:quæ clauſtris aut uīculis teneanť:
ingentes iādiu iras in pectore uoluere:meminiſſe ēt ſe quotiens ī bello precari oēs deos ſolitus ſit:ut An
tiochum ſibi darēt adiutorē:cuius uoti ſi compos nūc fiat:nullā moram debellādi factuꝝ:tantum non
cunctādum neq; ceſſandum eſſe:ī eo enim uictoriā uerti:ſi loca opportuna:& ſocii præoccuparenť.An
nibalem quoq; ſine mora mittēdum in Africam eſſe ad diſtrīgendos romanos.Annibal nō adhibitus

Annibalis uerba ad Antiochum

eſt ī cōſilium ꝑꝑ colloquia cū Iulio ſuſpectus regi:& ī nullo poſtea honore habitus:primo eam contu-
meliam tacitus tulit:deinde melius eſſe ratus & ꝑcunctari cām repentinæ alienationis & purgare ſeſe:a
tempore quæſita ſimpliciter iracundiæ cā auditaq;.Pater Amilcar:inqt.Antioche paruum admodum
me:cū ſacrificaret altaribus ad motū iureiurādo adegit nūq̄ amicū fore.Po.Ro.ſub hoc ſacramēto ſex
& triginta annos militaui:hoc me ī pace patria mea expulit:hoc patria extorrem ī tuā regiam adduxit:
hoc duce:ſi tu ſpem meā deſtitueris:ubicūq; uires:ubi arma eē ſciam huc ueniā:toto orbe terrarū quæ
rens aliquos romanis hoſtes:itaq; ſi cui tuoꝝ meis criminibus apud te creſcere libet:aliam materiā cre
ſcendi:quā ex me q̃rat:odioq; qđ ſim romanis:id me uerū dicere pater Amilcar & dii teſtes ſunt:proin
de cū de bello romano cogitabis:īter primos amicos Annibalē habeto:ſi qua res te ī pacē compellet: in
id conſiliū:cū quo deliberes:q̃rito.Non mouit modo talis oratio regē:ſed etiā recōciliauit Annibali: ex

Recōciliať Antiochus Annibali

conſilio ita diſceſſum eſt:ut bellū gereret.Romæ deſtinabant quidē ſermonibus hoſtē Antiochū: ſed
nihil dum ad id bellū præter animos parabāt:cōſulibus ambobus Italia ꝓuincia decreta eſt:ita ut inter
ſe cōpararent:ſortirenturue uter comitiis eius anni præeſſet:ad utrū ea non pertineret cura:ut paratus
eſſet:ſi quo extra Italiā opus eſſet:duceret legiones nouas & ſocium ac nominis latini millia.xx.equites
dccc.alteri cōſuli duæ legiōes decretæ:quas.L.Cornelius cōſul ſupioris anni habuiſſet:& ſociū ac latini
nominis ex eodē exercitu pedites.xv.millia & eqtes qngēti.Q.Minutio cū exercitu:quē ī liguribus ha-
bebat:ꝓrogatū īperiū:additū ī ſupplemētū:ut qttuormillia peditū romanoꝝ ſcriberenť.cl.eqtes:& ſo
ciis eodē.v.peditū millia īperarenť.ccl.eqtes.Gn.Domitio extra Italiā:quo ſenatus cēſuiſſet:ꝓuīcia eue
nit.L.Quītio Gallia.Et comitia p̄toꝝ habita:p̄tores deīde prouīcias ſortiti.M.Fuluius Cētimalus ur-
banā.L.Scribonius Libo peregrinā.L.Valerius Tappo Siciliā.Q.Solonius Sarra Sardiniā.M.Bebius
Tāphilius Hiſpaniā citeriorē.M.Attilius Serranus ulteriorē:ſed his duobus primū ſenatuſconſulto:
deīde plebiſcito permutatæ ꝓuinciæ ſunt.A.Acilio claſſis & Macedonia.A.Bebio brutii decreti.Fla-
minio Fuluioq; ī Hiſpaniis prorogatū imperiū.Acilio ī brutios duæ legiōes decretæ:q priore anno ur
banæ fuiſſent:ut & ſociis eodē millia qndecim īperarentur & quīgenti eqtes.Bebius Tamphilius.xxx.

Ordinatio ꝓuinciarum

naues qnqueremes facere iuſſus:& ex naualibus ueteres deducere:ſi q̃ utiles eēnt:& ſcribere nauales ſo
cios:& conſuli īperatū uti duomillia ſociū ac latini nominis & mille romanos daret pedites. Hi duo p̄-
tores:& duo exercitus terreſtris naualiſq; aduerſus Nabin apte iam oppugnantē ſocios.Po.Ro.dicebā-
tur parari:cæteꝝ legati ad Antiochum miſſi expectabantur:& prius:quā ii rediſſent: uetuerat.Gn.Do
mitiū conſulē ſenatus ab urbe diſcedere:p̄toribus Fuluio & Scribonio:qbus ut ius dicerent:Roma ꝓ-
uincia erat:negotium datum:ut p̄ter eam claſſem:cui Bebius p̄futurus erat:cētū qnqueremes pararēt.

ꝓdigia

Priuſquã conſul prætoreſq; ĩ prouĩcias proficiſcerent̃:ſupplicatio fuit prodigioꝝ cã capram ſex hæ/
dos uno fœtu ædidiſſe ex Piceno nunciatũ eſt:& Arretii puerũ unum natũ unimanũ: Amiterni terram
pluuiſſe. Formiis portam murumq; de cælo tacta:& quod maxime terrebat conſulem. Gn. Domitiũ
bouem locutã Roma caue tibi:ceteroꝝ ꝓdigiorum cã ſupplicatũ eſt:bouem cum cura ſeruari aliquot
aruſpices iuſſerunt:Tyberis infeſtiore:quam priore ĩpetu illatus urbi duos põtes ædificia multa maxi/
me circa portã flumentanã euertit:ſaxum ĩgens ſiue ĩbribus ſeu motu terræ leniore quã ut alioqn ſen/
tiretur:labefactatũ:in uicũ iugarium ex capitolio ꝓcidit:& multos oppreſſit:in agris paſſim inundatis
pecora ablata:uillaꝝ ſtrages facta ẽ. Priuſq̃. L. Quintius proconſul in ꝓuinciã ꝑueniret. Q. Minutius in
agro piſano cũ liguribus ſignis collatis pugnauit:nouẽ millia hoſtiũ occidit:cæteros fuſos fugatoſq; ĩ ca

Ligurũ cædes

ſtra cõpulit:ea uſq; in noctẽ magno certamine oppugnata defenſaq; ſunt:nocte clam ꝓfecti ligures:pri
ma luce romanus uacua caſtra inuaſit:p̄dæ minus inuentũ eſt:eo qđ ſubinde ſpolia agrorum capta do
mos mittebãt. Minutius nihil deĩde laxamẽti hoſtibus dedit:ex agro piſano in ligures ꝓfectus caſtella
uicoſq; eoꝝ igni ferroq; ꝑuaſtauit:ibi p̄da Ethruſca:quæ miſſa a populatoribus fuerat:repletus ẽ miles
romanus. Sub idem tp̄s legati ab regibus Romã reuerterunt:q cum nihil:quod ſatis maturã cãm belli
haberet:niſi aduerſus lacedæmoniũ tyrannũ attuliſſent:quẽ & achæi legati nũciabant cõtra fœdus ma
ritimã orã laconũ oppugnare. Attilius p̄tor cum claſſe miſſus eſt ĩ Græciam ad ſocios tuẽdos. Conſu/
les:quod nihil ab Antiocho ĩſtaret: proficiſci ambos in ꝓuincias placuit. Domitius ab Arimino: qua
proximũ fuit:Quintius ꝑ ligures in boios uenit:duo cõſulum agmina diuerſa late agrum hoſtiũ ꝑua/
ſtarunt:primo eqtes eoꝝ pauci cũ præfectis:deĩde uniuerſus ſenatus:poſtremo in qbus aut fortũa aliq:
aut dignitas erat:ad mille ad conſules tranſfugerunt. Et in utraq; Hiſpania eo anno res proſpere geſtæ:
nam &. C. Flaminius oppidũ Litabrũ munitũ opulentũq; uineis expugnauit:& nobilẽ regem Corribi
lonẽ uiuum cepit:&. M. Fuluius ꝓconſul cum duobus exercitibus hoſtiũ duo ſecũda p̄lia fecit: oppida
duo hiſpanoꝝ Veſceliam. Holonemq;:& caſtella multa expugnauit:alia uoluntate ad eum defecerunt:
tum in oretanos ꝓgreſſus & ibi duobus potitus oppidis Noliba:& Cuſibi ad tagum amnẽ ire pergit.
Toletũ ibi parua urbs erat:ſed loco munito:eam cum oppugnaret:uectonũ magnus exercitus toletanis
ſubſidio uenit:cũ his ſignis collatis ꝓſpere pugnauit:& fuſis uectonibus opibus Toletũ cepit. Cæterũ
eo tempore ea bella:quæ gerebant̃:minus curæ patribus erãt:quã expectatio nõdum cœpti cũ Antio/
cho belli:nã & per legatos idẽtidem oĩa expromebant̃:quod rumores temere ſine ullis auctoribus orti

Belli apparatus aduerſus Antiochũ

multa falſa ueris miſcebant iter quæ allatum erat:cũ in Aetoliã ueniſſet Antiochus:extẽplo claſſem eũ
in Siciliam miſſuꝝ. Itaq; ſenatus & ſi p̄torem Attiliũ cũ claſſe miſerat ĩ Græciam:tamen qa nõ copiis
modo:ſed etiã auctoritate opus erat ad tuẽdũ ſocioꝝ animos. L. Quintiũ:&. Gn. Octauiũ & Gn. Serui
lium:&. P. Iulium legatos ĩ Græciam miſit:& ut. M. Bebius ex brutiis ad Tarentũ:& Brundũſiũ ꝓmo
ueret:legiones decreuit:inde ſi res poſceret:ĩ Macedoniã traiiceret:&. M. Fuluius prætor claſſem nauiũ
xxx. mitteret ad tuendã Siciliæ orã:& ut cũ imperio eẽt:qui claſſem eã duceret:duxit. L. Oppius Salina
tor:qui priore anno ædilis plebis fuerat:& ut idem p̄tor. L. Valerio collegæ ſcriberet:periculũ eẽ ne claſ
ſis regis Antiochi ex Aetolia in Siciliã traiiceret:itaq; placere ſenatui ad eũ exercitum quem haberet:tu
multuarioꝝ militũ. xii. millia pedites:&. cccc. equites ſcriberet:quibus oram maritimã prouĩciæ: quæ
uergeret ĩ Græciam:tueri poſſet. Eũ delectum p̄tor non ex Sicilia ipſa tantũ:ſed etiã ex circũiacentibus
inſulis habuit:oppida oĩa maritima:quæ ĩ Græciã uerſa erãt præſidiis firmauit:addidit alimẽta rumo
ribus aduentus Attali Eumenis fratris:qui nunciauit Antiochum regem Helleſpõtum cum exercitu
tranſiſſe:& ſperare ætolos:ut ſub aduentũ eius ĩ armis eſſent. Et Eumeni abſenti & p̄ſenti Attalo gra/
tiæ actæ:& ædes liberæ loca lautia decreta:& munera data qna boũ:equeſtria arma:& uaſa argẽtea cen
tum pondo. Cum alii atq; alii nuncii bellum inſtare afferrent:ad rem ꝑtinere uiſum eſt cõſules primo
quoq; tp̄e creari. Itaq; ſenatuſconſultũ factum ẽ:ut. M. Fuluius p̄tor litteras extẽplo ad cõſulem mitte/
ret:qbus certior fieret ſenatui placere prouincia exercituq; tradito legatis Romã reuerti eum & ex itine
re p̄mitteret edictum:quo comitia cõſulibus creãdis ediceret:paruit his litteris conſul:& p̄miſſo edicto

Reqre ĩ ꝓximis comitiĩ hũc. P. nõ. L. dixit

Romã uenit. Eo quoq; anno magna ambitio fuit:quod patricii tres in unũ locum petierunt. L. Corne
lius. Gn. Filius Scipio q priore anno repulſam tulerat:&. L. Cornelius Scipio. Gn. Mãlius Volſo. P. Sci/
pioni uiro tali:ut dilatũ non negatũ honorẽ appareret:cõſulatus datus ẽ:additus ei de plebe collega. M.
Attilius Glabrio. Poſtero die prætores creati. L. Aemylius Paulus. M. Aemylius Lepidus. M. Iunius. L.
Cornelius Mamula. L. Liuius:&. L. Oppius utriq; eoꝝ Salinator cognomen erat. Oppius is erat:q claſ/
ſem trigĩta nauiũ in Siciliã duxerat. Interim dũ noui magiſtratus ſortirent̃ ꝓuĩcias. Gn. Bebius a Brũ/
duſio cum oĩbus copiis trãſire in Epirum eſt iuſſus:& circa Apolloniã copias cõtinere:&. M. Fuluio p̄/
tori urbano negotiũ datũ ẽ:ut qnqueremes nouas quinq̃ginta faceret. Et populus qdẽ Romanus ita ſe
ad oẽs conatus Antiochi p̄parabat. Nabis iam nõ differebat bellum:ſed ſumma ui Gyttheũ oppugna/
bat:& ĩfeſtus achæis:qđ miſerant obſeſſis p̄ſidiũ:agros eoꝝ uaſtabat. Achæi nõ antea auſi capeſſere bel
lum:quã ab Roma reuertiſſent legati:ut qd ſenatui placeret:ſcirent:poſt reditũ legatoꝝ & Sicyonem
concilium edixerunt:& legatos ad. T. Quintiũ miſerunt:qui conſilium ab eo peterent. In cõcilio oĩum
ad bellum extemplo capeſſendũ ĩclinatæ ſñiæ erãt:litteræ. T. Quintii cunctationem fecerunt:qbus au/

Philopœmenes

ctor erat prætorẽ claſſemq; romanã expectandi. Cũ principum alii in ſñia permanerent: alii utendum
eius:qđ ipſi cõſuluiſſent:cõſiliũ cenſerent:multitudo Philopœmenis ſñiam expectabat:p̄tor is tũ erat:
& oẽs eo tp̄e & prudẽtia:& auctoritate anteibat. Is ꝓfecto bene cõparatum apud ætolos eẽ ait:ne p̄tor: